

piorum exempla, vitam nostram estimabatis infaniam; nunc vero nos in interitu vestro redimus! &c. &c.

Epilogo. Oh mi Christiane! perpende, obsecro, luctum & desperationem damnatorum, quæ ex hac Christi & Sanctorum immiserordia, & exprobratione consequitur! Non est dubium, quin in incanditis ululatis, deinde in blasphemias & execrationes sine erupturi, quis per omnem æternitatem profrequentur. Quis in mundo, carne ut dæmone ad nefas sollicitaris, cito oculos in infernum conjice, & quæ ex teipso, an sustinere possis ignem inextinguibilem, tu, qui nunc unius candleæ flammulum uno digito, uno quadrante tolerare non vales? Quæ ex te, an sustinere possis vermem irrequietum, & implacabilem, tu, qui nunc neglectam modici lucri occasionem utique ad lacrymas, & insomnes noctes deploras?

Quæ ex teipso, an sustinere possis malam infantum, quos est amissio visionis Dei, tu, qui nunc ad iacturam unius florenti, vel te, seu ad ius primogenituræ deperditum irrogas? Hæc, inquam, ex teipso interroga, & demum generosam resolutionem cape, quam cepit ille Philosophia Doctor, de quo Belluacensis in spec. Hist. Parisiis discipulorum quemdam morte amittit, qui illi post obitum in carpa, ut ajunt, Aristotelica apparuit, in qua Philosophia positiones paulo ante summa cum laude defendit. Cumque Magister quæretet, quo in statu se haberet, respondit discipulus: Æternam damnatus sum propter superbiam, qua mihi in mea scientia complacuit; hæc cappa quavis tunc ponderosus me gravat, & attentias, quante igne exurit, extendo manum! Magister dubitans de veritate tormentorum extendit manum, unquam sudoris guttulam excepit, quo confessum cutem, carnem, totam que manum acutissimum doloris sensu perforavit. Tunc enim vero Magister mundo valedixit, & in monasterio Claræ Vallis austeram vitam beata morte concludit &c. &c.

In Festo SS. Apostolorum Simonis & Judæ.

CONCEPTUS LXXIV.

De æternitate poenarum, maximo damnatorum tormento.

Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Jo. 15. *In inferno maximum tormentum damnatorum non tam est illud, quod patitur in visis, in auditu, in olfactu, in gustu, & in tactu, quam quod consistit ex æternitate poenarum.*

A Dorande, & misericos Deus! Unam cum te profundissima humilitate interrogationem ad te! Cum virtutem charitatis adeo ames, & asimes, ut istam & in hodierno Evangelio, & alibi scriptis Apostolis inculces, & tu ipse mundum adeo dilexeris, ut Filium tuum Uni-

genium, mundi Redemptorem, in amarissima cruce profuso sanguine pro nobis mortuum dederis, imo erga creaturas vilissimas, atque omnino nocivas, uti serpentes, & dracones hanc charitatem quodammodo extendas, quomodo fieri potest, ut erga miseris damnatos nequam quidem charitatis fecitullam retineas, sed abique misericordia per omnem æternitatem illos ex toto corde odisse decreveris? Nonne sunt creaturæ tuæ, opera manuum tuarum, que ex nihilo fabricasti, redemisti, & ergo etiam tuæ carne & sanguine passisti! An ergo nulla spes speret? Nulla superis, respondet iratus Deus, videturque de damnatis repetere ille Osee verba: *Non populus meus, neque ego carnis Deus!* (Osee 1.) Quasi diceret: Nihil mihi curæ illorum, quos abjeci, desepi, & ex memoria, & corde meo penitus delevi: Clament illi, vociferentur, & sanguinis lacrymis portam misericordiam sibi aperiri rogitent: Incessum id agunt! Deus respondet, velut olim fatus virginibus respondit: *Nescio vos!* (Mat. 25.) Dilectissimi Christiani! Obstupescite, & præ horrore vos lucubris hæret! Propterea nec in vitam loquatur S. Chrysol., qui in hæc verba ita commentatur: Quamvis in inferno ignis inextinguibilis, frigus intolerabile, spectra terribilia, fletor inexcipibilis, & quidquid malorum est excogitabile, tamen (verba sunt S. Doctoris Hom. 24. in Mat.) *nulle generatim intolerabilis est exusum esse Christi, & audire: Nescio vos!* Magne Ecclesiæ Doctor! Ego tecum sentio! Verum & illud adicio: Scis, quidnam in inferno poenis damnatorum gravissimum pondus adiciat, seu, ut paucis dicam, scis, quodnam fit maximum infelicitium animarum tormentum?

1. *Tropologia.* Id in presentiarum explicatum ibo! Vos Auditores, si hodierni Sermonis prærogatum habere desideratis, percipite, quid Balthasar Bonif. ap. Vveber a. disc. font. 48. Exto. in Historia ludicra enarrat: Phittacus Leonis X. Summi Pont. cum aliquando præter morem iacturans ac meditabundus videretur, a Pontifice per jocum interrogatus: *Epistula, quid cogitas?* respondit articulata voce: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Oh anni æterni! Attendite! Pavete!

3. *Confirmatio.* In inferno damnatorum oculis cruciabantur terribilibus tænebris, que tænebræ ex triplici capite, videlicet ex loco, situ, & materia oriuntur. Ex loco, quia infernus est vastissimus carcer in centro terre, instar tumuli ex omni parte conclusus, qui nihil admittit lucis. Ex situ, quia damnati in orco, utpote quibus ira divina superincumbit, jacebant compressi velut halecæ, aut velut cadavera in Græcæ tempore contagionis; non poterant se movere, nec palpebras aperire. Denique ex materia, id est, ex sulphureo igne; (Segn. Man. an. 17. Jul. n. 2.) specus enim infernalis pro fundo habebit ingentem sulphuris lacum, e quo immensa surgent sumi volumina, & iterum delectæ exhalationis in-

se revertentur, unde sulphureus confurget ignis, qui, licet altum intensissimum, nullam tamen clausuram est lacum, nisi forsitan ad id, ut damnati terribilia dæmonum monstra intuentur, prout præ explicatum est. An hoc erit maximum in inferno tormentum? Nihil minus!

4. In inferno cruciabitur auditus tum per terribilem sententiam, quæ per omnem æternitatem in damnatorum auribus resonabit: *Discedite!* tum per insinua quasi dæmonia ululantia instar luporum, latrantia instar canum, mugientia instar bouum, barrientia instar elephantum, rugientia instar leonum, grunnientia instar porcorum, tum denique per ejulatas & blasphemias damnatorum. Principum quidam, qui subditos injussis exactioibus usque ad sanguinem emanant, (Specul. Exemp. V. Inferni. Ex. 10.) ubi gravi morbo decubant, factum est, ut ejus a cubiculo famulus, homo optime Christianus, in ætati ad divinum tribunal raptus, viderit dominum suum citari, & æterna damnationis sententia fulminari. Mox ingens adfuit dæmonium caterva, qui miserum ad tartara ruptum Luciferi stibant: Lucifer amaro joco illum allocutus, salve, ajebat, amice fidelissime, veni, accipe paternum osculum, cumque amplexus ardeat halitu ita inflammavit, ut ignis ex ore, & auribus miserandi Principis eruperit. Porro Lucifer ad suos contubernales locutus, nohis, ajebat, quam deliciose hic nos fer advena adire balneæ, & bene potius plussim mollior incubare consueverit, facite illi secundum consuetudinem hujus loci! Paruerunt dæmones, miserumque Principem in lacum sulphureum precipitarunt, mox unciis ferreis extractum in ferreum lectum igne candentem, & serpentibus plenum deportarunt. Uterius præcepit Lucifer: Hic Princeps erat amator mulierum; ergo facite ei concentum! Mox dæmones lituis & cornibus igneis terribiles edebant sonos, quibus concinere coactus Princeps, maledicta dies, incipiebat, qua natus sum, maledicti parentes, maledictæ hæc poenæ, & Deus cum omnibus Sanctis! Satis est, ajebat Lucifer, hanc musicam cantabis & audies in æternum! Inter hæc ad se revertebatur ille cubicularius, & occidens ad lectum domini mortuum inveniebat, unde conquire potuit, visionem non fuisse vanam & inanem. En! mi Christiane, hoc erit tormentum aurium in inferno! An ex omniibus maximum? Nihil minus.

5. In inferno erit fetor intolerabilis, de quo Iteas c. 31. testatur: *De cadaveribus cornu avertentur favor.* Huiusmodi in Bohemia, prout testatur Æneas Sylvius c. 44. Hist. Bohem. obidentes Caltrum Carolinadii, in illud vasa circumiebant millena cadaveribus, & humanis excrementis plena per novam jaculandi artem immiserant, quæ tantum in arce fetorem obfessis atulerunt, aut omnibus infectis aut dentibus exciderant, aut nutare coeperant. Verum incomparabiliter major est foetor inferni; dæmones enim assument corpora, quæ tam lectu-

lentum odorem exhalabant, ut, teste Bonaventura, si unum tale corpus, omni cadavere impurius, in mudam ascenderet, totum aerem pestilenti contagio inferret. S. Pacho Abbas *Palladii in Hist. Lucif. c. 29.* dæmoni in specie æthiopiæ apparuit insitig colaphum, & ecce tantum horrorem manu contraxit, ut cum inter duo biennio nulla arce elucere potuerit. De duobus Clericis legitur, quod passim interius, ut, quilibet primo satis concessit, alteri statum, quo in æternitate fuerit, aperiret. Ufus illo- rum ad felicem mortem fe paraturum sanctam vitam præmittit, alter impie vitæ & impie mortuus est, atque sodali suo totum flammæque spectabilem fecit: Ecce! ajebat, ad amicum promissus reus! Permittente, & volente Deo certiorum te facio æternæ mez damnationis! Hæc paucis ille: Atque, ut tormentorum suorum experimentum daret, unicum sanguinei sudoris guttulam in pavimentum projecit, ac disporavit. Hæc unica guttula tam intolerabilem fetorem non tantum in cubiculo, sed in toto Monasterio excitavit, ut Clericus ille deliquitum passus sit, & alii fratres, accurrentes, eum bene examinem atque sensibus omnibus destitutum secum extra Monasterium extulerint, quod propter intolerabilem fetorem, per aromata, & quoscunque suffusis expugnabilem, aliquot diebus inhabitare acquirunt. Deus meus! Si unica damnati guttula integrum Monasterium inhabitabile fecit, quid faciet totum mare in inferno, præsertim post extremum diem iudicii, ubi, teste Basilio, quid quid in mundo sordidum est, illuc defluet, & damnati sua corpora, peccatis coïnquata, affument? Eheu! Si Angelus fetorem unius peccatoris, nimium juvenis evandii & calamitatri transeuntis, sustinere non potuit, quin utraque nares obtuleret, prout notissima illa fert historia, quæ mens erit damnatis in ignea illa scro- be, totius mundi foetibus foedita? An autem hoc maximum erit in inferno tormentum? Nihil minus.

6. In inferno erit fames & sitis intolerabilis, in vindictam cupiditatum, quibus voracissimi helleoos in hoc mundo ingluvium saginant, iuxta illud (Ist. 65.) *Servi mei comedent, & vos esurietis, servi mei bibent, & vos sitietis.* Mignum tormentum est fames, quæ hominem ad sordidissimas res devorandas compellit. Certe postquam Hierosolymæ, a Romanis oblecta, omnia sumpta, & cloacæ abumpia sunt, denique matres propriis prolibus non pepererunt, sed eas cocas, & assidue abumpunt, ætæno Imperator ebriatus nimis delictus, & ab uxore super hoc vitio sepissime monitus, cum errorem non corrigere, a uxorem in furias egit, quæ tandem maritum vivo & somno obrutum, conspirantibus Regni Proceribus, vivum sepulchro inferri, & sepulchrum ingenti lapide obmuni præcepit. Tunc excussa crapula ad se rediens opem clamare, misericordiam implorare, emendationem sperare: Sed

incausum! Sic fame, & arumnis perit, conperitque est postlimine aperto sepulchro prae fame brachia & lacertos adsumpsisse. Quid dicitur de siti, quo communi omnium iudicio torquor est poena, quam famas? Memini ne legifco in processu fagarum, cum impie illa nefas, de quo propemodum convicte erant, fateri nolent, iudicem hoc astu veritatem extorsisse. Praecepit ut per unum aut alterum diem illa jejuniâ relinquenter, postmodum haledibus pasci, & fluida faldedine eas potari iussit, unde tantam, tanque enormem sitim contraxerunt, ut maluerint, crimem commissum confesse, potius extremum subire supplicium, quam intolerabili siti diutius vesari. Si hoc in viridi, id est, in hoc mundo, quid in arido, id est, in inferno? Cum igitur damnati famem, & sitim patiuntur, ut canis, (Psalm. 12.) accurrent infernales ministri, eoque cibabant, & potabant. Quibus ferculis? Non aliis, quam quae describit Moyses: (Deut. 32.) *Ed dracoenum visum verum, & verenum aspidum insaniabile.* Et Psalmita: (Psalm. 10.) *Ignis & sulphur pars calicis verum.* An hoc est maximum inferni tormentum? Nihil minus!

7. In inferno prae ceteris omnibus cruciabitur tactus, qui sensus per omnes alios sensus sese extendit, etique verum, quod Sophar ad Job aiebat: *Omnis dolor irruet super anm.* (Job. 20.) hanc alium ferre in modum, quam quae pluviales in terram de caelis decidunt. O miserandum revera spectaculum, videre hominem, qui iam factus est scopus divinarum sagittarum, & obiectum furoris Dei! An autem hoc est maximum inferni tormentum? Nihil minus! Quid tandem ergo? Eheu!

8. *Annus aeternus in mentem habet!* Aeternitas est maximum in inferno tormentum, seu, ut clarior loquar, est tormentorum omnium augmentum, ipsis tormentis intolerabilibus. Ello, damnatos in quique sensibus, atque in potentiam tam externis quam internis tantis suppliciis cruciatur, ut una hora insonantibus digitis patiantur, quam passim fuit omnes Martyres, qui tamen dolores non adeo illos affligunt, quam hac unica cogitatio, hos dolores duraretur in aeternum. An ergo damnati nullam misericordiam, nullam quietem, nullam refrigerium consequentur? Nullum! Propheta Sophonias de tormentis inferni locutus in hac verba erumpit: *Dies tres, dies illa, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis & miseriae, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulae & tenebrae, dies tenebrae & caliginis.* (Sophonia.) Quamdiu peccator in hac vita versatur, fruatur diebus gratiae; at quando damnatur, incidit in dies sine diebus, ibi tribulatio, quia damnatus caret omni bono, & abundat omni malo. Ibi angustia, quia damnatus nihil videt, quod consolari possit, videt autem omnia quae affligunt. Ibi tenebrae, praesentium interna, quia damnatus omni divino lumine privatur, & eius volutus ac intellectus ex desperatione excavatur. Ibi

tuba, quia conscientia illi perteritas volaptes, & Dei iustitiam continuo exprobrat; ibi turbo, quia damnatus ipsar narigill inter fluctus marinos fluctans ob uno tormento in aliud rapiatur. Hae mea est meditatio, sed accipite meliorem! Doctissimus Rupertus hic vocat septem diem mentionem fieri a Propheta, quos septem damnatorum supplicia exprimitur: Cum autem per septimanam integra complemento adjungendus illi est septimus, qui Sabbathum & requiem affert ad exemplum Dei, qui mandati creatione sex diebus operatus est, & septimo ab universo opere quiescit. (Gen. 2.) cur hic dies omittitur? Nimium, quia in inferno nulla est tormentorum cessatio, nulla respiratio. Verba Rupertus in Gen. (sic) sunt: *De septima die nihil ibi vix, nihil ut sabbatum Dominici, sed, sine requie, sine ulla requiescenti spe triudabitur in aeternum.* Veniet tempus, cum damnati post mille annos, aut annorum myriades impatiens exclamabant: Iustissime Deus! Si ergo implacabilis est tua ira, auster non a facie tua, da, ut in primavum nihil recidamus! Quid Deus ad hac? Malefactorum quidam rogavit in tormentis Imperatorem Tiberium, ut mortem sibi acceleraret; & Caesar respondit: Necdum tecum in gratiam redisti. Ita Deus post mille annos respondebit: Necdum tecum in gratiam redisti! Post mille annorum myriades iterum. Necdum tecum in gratiam redisti. Et sic per totam aeternitatem!

9. Quid ergo est aeternitas? Eheu! Quis describet? Aeternitas est circulus in ferre recurvens, cuius centrum est semper, circumferentia *Non parum.* (Cec. a Lapi. in Levitic. c. 27.) Quid est aeternitas? Est globus seu orbis ubique rotundus, sui que similis, in quo non est principium, nec finis, in quonon est incipere, nec definire. Quid est aeternitas? Est rota, quae semper volvitur, & volvetur in omne aevum: Quid est aeternitas? Est annus jugiter revolutus, qui, ubi occidit, ibi renascitur, ubi moritur, ibi oritur. Quid est aeternitas? Est solum, in quo aeternum per magnos ad suam futuritatem semper fluant, ut iterum fluant. Quid est aeternitas? Est labyrinthus innumeris semitis perplexus, qui ingressus perpetuo circumducit, & perdit. Quid est aeternitas? Est abyssus spirans, & spirans semper gyrans, & circularis in immensum. Quid est aeternitas? Juxta LaGantium est tempus, cuius nullus est finis, juxta Gregorium Nazianzenum, *ap. Barz. serm. 30. §. 3. ut est tempus, nec temporis pari ulla, quia guttulus maris, stellas calicis arborum, arenas terrae, caracteres omnium librorum transeendit.* Fingamus tempus, quosomoda in fure pendulo usque ad caelum unum semper framenti granulum asportet; heu! quantum tempus, donec omnia grania frumentaria, & quae ab initio mundi usque hac creverunt, in caelum ferantur? Fingamus tempus, quo mons aereus usque ad caelum pertingens singulis centenis annis tantum semel rotetur; alius autem caelestis roderetur; heu! quantum tempus, donec

mons omnis abrafis terrae aequetur? Fingamus tempus, quo damnatus singulis annis tantum unicum lacrymulam ferret, heu! quantum tempus, donec ha lacrymae mari, aut diluvio aequivalent? Fingamus tempus, quo singulis millenis annis una arena de globo terreo asportaretur, heu! quantum tempus, donec totus orbis aliorum transferretur? Fingamus tempus, quod tot ceteris describitur, quoque capere possumus omnes totius mundi libris; Et tamen hoc omne tempus transibit, & necdum minimam partem aeternitatis conficiet. De fortasse Babylonica dicitur, flammam illius asurrexisse ad quadragesima novem cubitos. Mysterium late! Et quae? Numerus quinquagesimus est numerus jubilis, ut ergo indicetur, poena inferni nunquam ad jubileum preventuras, si signate quadragesima novem ponatur. (Dionys. Cosm. de Aet. §. 2.)

10. Oh utinam interminabilem aeternitatem serio perpenderet peccator, ne ille certe poenitentiae austeritatem minus formidaret! Dic, mi peccator, non ego, sed Bernardus inter rogat, cur commissa delicta voluntaris poenitentibus, ut ipsius, cunctis, & aliisque operibus ex parte non dantur? Hec inquit, nimis tristitia, & melancholica sunt! Veram mentem non effugit poenitentiam, verba sunt Mellissii. Declam. Ecce nos! malum impunitum esse non possit, non possit hic propria deliquit; poenitentia ibi finis. Heu! san homo nimis delicatus, non possum perferre poenitentiae rigorem. Quomodo ergo perferes gehennae dolorem? Hunc in sensum respondit jacobus, vitz Monasticus Novilius (Jordanus Lib. Vir. Eccl. Prae. p. 4. c. 12. Spec. Eccl. Tit. Composit. n. 24.) a socio, ut ad vitam secularem rediret, addita in oratione invitatus: Nihil te horret ex complexione, non par eris frigiditatis, jejunitis & Moasterii austeritatis? Respondit: Hae ipsa de causa venisti, frigiditatem recitat, cum enim superbia non possim exiguum in somnitu Dei difficultatem, quomodo tolerabo ignem aeternum, infernalis equuleos, & damnorum lanthanem? Sed ponamus, mi Christiane, in inferno non esse tam terribile tormenta, prout descripta sunt: Ponamus non esse ibi, nisi dolorem unius dentis, aut calculi, aut podagrae; Imo, ut modestissime agamus, ponamus totum supplicium damnatorum consistere in morfu unius culicis: Dico, exiguum hanc poenam, eo ipso quod aeterna fit, fore intolerabilem, ita, ut damnati malent omnia tormenta, quam supra monimus, per integram annorum millionem, quam si nunciatum unius alicuius morfu in aeternum tollerent: Ratio est, quia haec culicis molestia, utpote in aeternum duratura, effectum illud insinuat, non utem illud habentium essent illa tormenta post millionem annorum terminanda. Pronoveo ulterius hoc argumentum. Ponamus, mi Christiane, in inferno omnino nullum esse tormentum, ne quidem praesentium unius aculi: Ponamus damnatos sententia iustitiae ad nihil aliud additum, quam ad hoc, ut inter rotas, & illia in pretiosa sella sedere

debeant. Heu! Quis par erit perferende tanta molestia? Itacitae in deserto captivissimo, Anna calidus passu amare conquestit: *Anima nostra naufragi super cibo iste levissimo.* (Numer. 11.) Et quare conquestus sunt? An non Anna panis Angelorum omnem imaginabilem saporem complectebatur? Omnino! Et cur desuper nascens conceperunt? Quidam concipiamus, inquam, per quadragesima annos hoc unum, & non alio ferculo pasci? Deus meus! In qua lamente Israelita estis fuisse, videri integrum ferculum, si per mille annos, si per annorum millionem hac una semper esca videri debuissent? Et quae mens foret miseri damnati, si uno eodemque situ corporis per omnem aeternitatem durare deberet? Imo, quae erit illius rabies & desperatio, si inter acutissima tormenta, quae omnem intellectus capum superat, aeternum ardebit?

11. Epilogus. Oh mi Peccator! hanc inferni poenam frequenter meditare, sic certe fit, ut de commissis delictis poenitentiam agere, & potius omnia totius mundi mala perferre, quam Deum offendere decessas. Audi, quo stratagemate S. Lydvina obliuiscit peccatorum committere (Sordus. c. 7. de 14. Apr.) Sciebat, illum vitam agere celestissimam, & nihil minus, quam de poenitentia cogitare; quapropter blandum illum allocutus, eja, aiebat, ego tu in vice per poenitentia opera Divinae Iustitiae fastidiam, tu nihil aliud agas, quam ut unica nocte in molli culcitra immobilis jaceas. Risit ad hac peccator, & se tam levem poenitentiam libenter obturum cum joco recepit. Vadit domum, comat, bibit, & cubitum concedit, totam noctem, ut patabat, in uno latere dormituras. Vix dimidia hora jacuit, cum in alteram partem volvi desiderabat. Sed vixit seipsum, perstitit in eodem sito; verum id tantum cum difficultate, ut paulo post iudicaret, non posse se diutius esse immobilis. Videbatur ipsi lectulus in ligatum, & qualiter hora in animum migrasse; sudor toto corpore fluxit, & cor ipsi palpabat. Tunc invenit mentis oculos aperire, & secum argumentari coepit. Quid hoc rei? Oh, bone Deus! itane non possum per unum noctem jacere immobilis, & quidem in plumis? Quid, si tres, aut decem noctes, quid, si annum aut viginti annis in eodem hoc corporis situ perdurare deberem, & quidem in ignitis carbonibus, in tormentis inferni, aeternum? Hae secum serio perpendens decrevit emendare vitam, & poenitentiam agere, & in se commissa scelera vindicare. Quod & fecit: Mundo valdebit, & salutem suam in tuto collocavit. Oh mi peccator, fac tu similiter! Si gravi terestatione ad peccatum inicitus, quare ex te ipso, possime pro hoc peccato unam noctem immobilis facere? possime per decem annos? possime per totam aeternitatem ardere. Deside cum foris multum tribulatione, ut dolore denarium, & febri, aut persecutione affligeris, memor infernalium tor-

mentorum cum S. Francisco Borgii fabricante die: *Hinc conice Franciscus, qua sine miserationum flamma.* (In Vita 16. Od.) Tandem cum mundus, caro aut demon tibi fuis voluptates obtunderet veline, cogita tecum ipso, an opere protium fit, ut eligas momentaneum illud quod dolo- chat pro aeterno illo, quod cruciat. Hæc, inquam, frequenter & nunquam non cogita, atque in aeternum non peccabis. Amen.

In Feste Omnium Sanctorum .

CONCEPTUS LXXV.

De aeterna Beatitude gloria, qua Beati fruuntur in caelis.

Gaudete & exultate, inquam merces vestra copiosa est in caelis. *Matth. 5.*

Beata calis gloria est ingeni stimulus ad virtutem.

Superest amplissima, et aequo terribilis ad hæc materia colloquendi de infernalibus damnatorum tormentis: Verum abist, ut hanc gaudiosam diem, qua Sancta Ecclesia Beatorum in caelis gloriam ante oculos nobis ponit, & Christus ipse in Evangelio propter copiosam mercedem, qua nos in caelis expectat, gaudeat, & exultare nos jubet, tam terrore sermone sanctemus. Immo hoc ipsum hodie est, mi Christiane, quod a te exigo, ut ab ignito damnatorum ergastulo, quod hæctenus descripsimus, sursum versus beatam calis patriam oculos attollens, tibi ipsi dicas: Si saluus ero, ego solus in calo plus grudebo, quam omnes damnati in inferno lugent: Una mica, si de mea mensa in infernum deciderit, postetomnem damnatorum ludum dulcorare. Hæc si tibi frequenter occineres, certe hæc cogitatio ad vitam pie & sancte insitendum, & ad peccata vel fugienda, vel per seriam penitentiam delenda tibi stimulus foret, quo nullus alius efficacia. Myriferosa illa animalia a Propheta Ezechiele c. 1. descripta factis & prope per quatuor partes habebant, atque, quod mirabilis est, tam pernici volatu rapiebantur, ut fulguri fuerint simillima. *ibant & revertabantur in similitudinem fulguris corruentis.* Quamam ergo fuerit illa animalia? fuerint homo, aquila, leo, & bos; quis satis admiretur? Etenim volare aquilam non est paradoxum, cum fit conforme illius naturæ; verum hominem, leonem & bovem alatum esse, atque cum aquilis volatu certare, & quidem non obstante, quod ad currum glorie Divinæ fuerint alligati, id revera imperceptibile, & heteroclitium est. Quid ergo hæc animalia ad volatum excitavit? Excitavit, quod statim per verbum subsequentia describitur: *Similitudo super apicem animalium firmamenti.* Ubi celi firmamentum ante oculos habetur, non poterit Divina glorie curtus quiete consistere, hic enim aspectus Christianum, est, tam fragilis fit ac ha-

mo, est tam brutalis fit ut leo, est tam tardus fit ut bos, in volucrem migrare, & superata quavis difficultate cum aquilis volitare facit. Ita in hunc locum doctissimus Labbata, V. Gloriæ prop. 18. *Qui attenta consideratione præsumit illud ineffabile call contemplatur, per saxa, per ignis impiger curtes, immo volabit.*

Est autem Beatorum gloria ingeni, sicut consideramus locum, ubi habitant.

2. Proposita. Agite! Post visa gehennæ supplicia in calum conscendamus, & primo locum Beatorum, dein ipsos Beatos secundum te, & denique felicitatem, qua fruuntur pro exigua nostra capacitate consideremus; si enim ideo Thebe iudæ carbone in pariete delineta adeo rapuit Philippi Macedonis animum, ut prociendi illa regales thesaurus exhaurire, & omnem movere lapidem decreverit; quidni rudis calli descriptio nos excitet animos, ut irrequieto, & instabili desiderio per crucis & adversitates illuc feramur? Potuit Augustinus in Psalm. 39. dicere: *Supplicia terrent, quam præmia non invitant;* postum & ego inverto stylo subnectere: *Invitent præmia, quæ supplicia non terrent!* Attendite! Pavete!

§. I.

3. Confirmatio. Initium faciamus de loco, seu aeterno Beatorum habitaculo, ubi Deus diligenter se calces nuptias preparavit. Hic locus, qui calum Empyreum vocatur, est Angelorum, & beatorum hominum aula, Divina Fraternitatis Regia, & paradisi; hic nulla unquam nox, sed purissima claritas, hic nulla infamia, sed imperturbata securitas, hic nulla tempestatis vicissitudo, sed amenissima serenitas, hic nulla inopia sed bonarum operum affluxus, hic nulla tristitia, sed purissima pro omnem aeternitatem duratura voluptas. Quam amplius autem, & spatiosus est iste locus? Propheta (Baruch 3.) exclamat: *Oh Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magna est, non habet finem, excelsus & immensus!* Hæc admira-bilium Baruchi, sed & percipit Moyses. Post hæc descriptam mundi Genesim, & tamquam mentionem de magnis call luminibus percipit, atque, divinum Conditorum stellas & sidera in firmamento affixisse, ut sint in signa. (Gen. 1.) Quid autem signare debent? an anni tempora, ver & æstatem, autumnum & hyemem? an diffimulare diem ac noctem? an præcipue temperatum varietatem? Recte hæc quidem omnia. Verum S. Augustinus de Civ. Dei l. 13. c. 13. plus myreriorum ex his verbis creans ait, stellas in signa creatas esse, ex quibus electorum beatitatem, & glorie magnitudinem quodammodo mensurare valeamus: *Sicut in signa, in quæ visumque æternitatis apparent.* Nec solum hinc colligere licet call splendorem & resplendorem; si enim hæc tam clara luminaria Deus nobis in hæc

hac lacrymarum valle exultantibus concessit, quid illi loco reservaverit, necesse est, ubi cum Sanctis suis gloriosus regnabit? Sed calli quoque ex stellis conjecturæ postsumus magnitudinem. Attolle ergo oculos in calum mi Christiane, intueere stellas. Sunt numero infinitæ, sed & magnitudines dispares; alique enim quædragies, alique nonages, & alie ultra centes & septuagies globi terræque amplitudinem excedunt. Cogita, quam magna sint spatia in temedia, qua certe ejusmodi stellas decuplo & centuplo plures essent capta, atque ex his argumentum cape, quanto excessu firmamentum hunc, quem incolimus, orbem magnitudine superet. Quanta amplitudinis ergo erit calum Empyreum, quod supra firmamentum altero tanto & amplius surgit? Fuere Astrologorum nonnulli, (Hiquier. Medicinæ. legor. punct. 1.) qui illius spatium metiri ausi ajunt, illius circumferentiam quater mille, septingenta, & sexaginta septem milliones miliarium complecti: Numerus tam immensus, cui assequendo humanus intellectus succumbit. Bone Deus! Si hæc circumferentia, quæ non milliones miliarium tota amplitudo continet? Unde non defuit Archidoc, qui doceat, tantam esse calli magnitudinem, ut, si Deus culibet Sanctorum separatum in calo locum assignare vellet, nullus eorum foret, qui non decuplo plus spatii haberet, quam tota terra complectitur. Oh quam magna domus Dei, quam spatiosa, quam speciosa, quam pretiosa: *Porta Jerusalem ex saphiro & smaragdo edificabuntur,* ait Apocalypticus Vates. *Haec porta sunt numero duodecim, illius plateæ, & compta sunt ex auro purissimo, illius adificia ex crystallo, & lucidissimis unionibus constructa.* Civitas ipsa in quadro posita, non sole aut luna, sed claritate agni illustratur, scinditurque torrente aqua viva, qua Beati in floridissima semper ætate conservantur, & reparantur. Magna loqueris, dilecte Christi Discipule! Verum admiror, quod Deus Ezechiel c. 13. præcepit: *Sume tibi laterem, & descriptis in eo civitatem Hierusalem.* Quid? laterem? Domine, si ad mentem Gregorij Hom. 15. in Ezech. describenda est superna civitatis felicitas, an non descriptioni convenientius est aurum, aut adamantem? Non est convenientius. Percipite rationem in ludicra narratione Græci eujusdam Scriptoris: Simplicissimus quidam monium domum suam vendituro lapidem ex marofustulite, eumque emptoribus pro formulari exhibuit, eum in morem, quo panni altissus bonitatem per abscissum exinde frustulum exhibemus. Hanc ipsum in finem Dominus Deus pulchritudinem celestis Hierusalem in latere describit præcepit, ut indicaret, crystallum, aurum, adamantem, aut quidquid pretiosum excogitari potest, in comparatione celestis adificii non aliter, quam laterem te habere.

4. Qui postem hic mihi temperare, ne in insolentiam mundi amafios, qui terram præcælo estimant, quibus & gentilis Seneca l. 1.

Nat. quæ in Præfat. suum exprobat stultitiam, exclamans: *Oh quam ridiculi sunt mortali termini!* Scitis miseri, quid fit terra comparata ad celum? Punctum est. *Enclitum est, in quo navigavit punctum est, in quo bellavit punctum est, in quo regna disponit.* Age, quilibet es, ascende supra nubila, & in ipsum firmamenti & calli fistigium, respice, quam exigua & pagillaris fit terra. Quod si intingeret mundas respectu calli punctum fit, quid erit unum Regem, quid Principatum? Quotum Hebraei juvenes Daniel, Ananias, Misael & Azarias cum aliis ex Hierusalem in Babilonia captivitatem abrepti, & ob veniosorem formam, majoremque sapientiam, in aulam Nabuchodonosoris ad Regis obsequia adsciti, adeo æstimati sunt, ut per singulos dies dapibus & vino, quibus Rex ipse vesceretur, saginari jussi sint. (Dan. 1.) Oh quam beati fuere hic juvenes, inquis, in tantis regie mensis, & epularum delicis? Verum percipe, quid Daniel ad hæc? Rogavit Euborhorum propositum, ne contaminarentur cibis in lege veitis, & idolo bel oblati; propterea instantissime supplicans petiit: *Deus nobis legumini ad ostendens, & aqua ad bibendum.* Siste, pietissimum juvenes. Sic non placebitis oculis Regis, sic indignationem illius incurretis, sic nullam habebitis spem acquiescentiam promotionis in regno. Parum interet; respondet vice illorum S. Chrysolomus, Hom. quod nemo ladir, nisi a seipso, quia enim caelestia toto corde admittant, & desiderabant, regiam suam vult ergastuli squalorem ducere. Tam generosa mens erat olim horum juvenum: Nunc autem mundi euclones & divitiarum Tantali pro uno agro, pro una domo, pro terra spiritum aequo inique adeo litigant, ut calo renuncient. Quanta stultitia!

§. II. Sive Beatorum, cum quibus habitant.

5. Jam a loci angustate ad illius incolæ, id est, ad Beatos cum Christo ibi regnantes oculos convertamus. Etenim, quod olim Dominus Deus de terreftri Hierusalem pronunciarit, promittens Judæis: Si servaveritis mandata mea, ingredietur per portas civitatis vestra Reges & Principes sedentes super solium. (Jerem. 17.) id ipsum de caelesti Solyma dici potest, ubi omnes indiffereniam Beati, quantumvis in hac vita abjecti, despecti, & humiles vixerint, regia dignitate coronant. Quemadmodum Cenas Pyrrhi Epitrotarum Regis Orator, cum Romani Senatus magnificentiam compestet, in patriam reverfus dicebat, *Roman sibi urbem Regum videtur.* (Justin. Hist. l. 18.) Ita profecto calum tot habet Reges, quot incolæ, quibus omnibus a Deo promissum, & datum est illud: *Accipiant regnum decem, & dandam spolia de manu Domini.* (Sap. 5.) S. Joannes Apostolus in hac adhuc mortalitate versatus aliquando Angelum de caelis sibi apparentem habuit, & ecce! mox in genibus prostratus illum adorare voluit, quia Deum esse putavit. Quid, si Archangelum, si Seraphimum, aut

unum ex subtilissimis Sanctis vidisset? Quamquam non ideo subtilissimorum mentioem factio, quasi inferiorum meminisse non esset operam pretium! Non est ita! Omnes sunt magni, omnes majestosi! Quando Christus, in navicula Petri confidens, turbis in litore stantibus predicaverat, voluit hoc officium Petro committere, dixitque illi (Luc. 5.) *Duc in altum & laxate vela vestra in capturam.* Et ecce! Petrus, licet ante per totam noctem incassum piscatione laborasset, conclusit piscium multitudinem copiosam. Post hac contigit, quod Apostoli, alia vice in mari Galilee per totam iterum noctem frustraneo conatu laborantes, mane facto ad verbum Christi, quoniam in litore stantem confixerant, recte miserunt in dextram navigii, & ecce! *Petrus traxit rete in terram, plenum magno piscibus.* (Joan. 21.) Differentia ergo inter duplicem hanc piscationem ea fuit, quod in prima capti sint pisces magni & parvi, in altera non nisi magni. Quae autem causa hujus discriminis? Latet mysterium. Per priorem piscationem significatur praedicatio Apostolorum, qui sagenam Evangelii mittentes in mundum innumeros converterunt homines magnos & humiles, nobiles & triviales, divites & inopes. Per posteriorem piscationem significatur collectio Sanctorum in fine mundi per Angelos facienda, & hi omnes erunt magni, velut Reges & Principes, de quibus Psalmista (Psalm. 138.) *Nimis honorati sunt amici tui Domini, nimis confortatus est principatus eorum.*

6. Quamquam autem Beati omnes felicitatem, dignitateque terrenorum Principum in comparabiliter transcendant, tamen inter se differant in gloria, ea proportione, qua in hac vita differant meritis. Sed nunquid caelestis beatitudo hereditas est, quae nobis ex meritis Christi provenit? Sicut ergo merita Christi respectu omnium hominum eadem sunt; ita eadem est Beatorum gloria, ad quam merita nostra per modum nihil se habent. Capere responsum a simili, quo beatitudo in Extremis comparatur denario. In quo consistit numerus arithmeticus denarii? Consistit in una unitate & una Nulla. Quid facit ista Nulla? Ex nihilo facit, verum conjuncta cum unitate computat decem; Adde alteram, & faciet numerum centenarium; Adde tertiam, & prodibit numerus millenarius; Scribe quartam, & scripsisti centena millia. Ha! In hoc schemate advente virtutum nostrorum meritorum! Quamvis ex le nihil fuit, tamen conjuncta cum unitate, id est, cum gratia & meritis Christi faciunt denarium, id est, promerentur aeternam beatitudinis gloriam; & quoniam inter Sanctos luere, quidam, alii, qui tres, alii, qui quatuor ejusmodi Nullas meritis Christi addiderunt, cum unus altero sanctior, unus altero castior, unus altero perfectior viveret, ideo etiam unus altero in gloria est sublimior. Et hoc est, quod Sancti Patres ad verba illa annotant: *Stella in stellis differit in claritate* (1e Cor. 15.) dantur enim

inter Sanctos non minus, quam inter Angelos diversi gradus & ordines, ita, ut unus de gloria Dei, qui omnes beatos facit, plus quam alter particeps.

7. Utur autem hoc sit, nulla tamen inter Beatos invenitur aemulatio aut invidentia. *Unus ac tuum, frigidum illud verbum*, quod omnium contentoniam & bellorum fons & origo est, solum in hoc mundo, non autem in caelis auditur; *Eris Deus omnia in omnibus*, ait Augustinus l. 22. de Civ. c. 30. *Et nulli superiorum inferior invidiabit.* Oh quam graphica similitudine S. Anselmus hanc pacem ac concordiam describit! *Intere, inquit, diversa corporis membra, ad diversissimas functiones destinata. Oculi sunt, ut viam pedibus praecant, pedes, ut totum corpus sustinent, manus ut pro videri omnium laborant, & caput, ut cetera membra ratione gubernent. An ideo pedes oculis, aut manus capiti invident Alan unum in alterius functiones involare, aut reliquis praesse ambigunt? Nihil minus! Ecce! Eandem in morem, ait Anselmus, inter Sanctos cuique satis esse sua felicitas, & beatitudo sibi pro meritis suis merito dicitur imperari. Quinimo unus de alterius felicitate gaudebit, & tanto majus capiet gaudium, quanto major est illius felicitas. Oh quanta igitur erit Beatorum gloria. Bone Deus! Si hominem illum in paucis felicissimum reputamus, qui Sanctorum aliquem v. g. Basilianum Dei Matrem, aut ex Apostolis unum in terris sibi comparantem habuit; quanta erit felicitas, in ipsa plenitudine Sanctorum habitare, cum illis conversari & colloqui, eorum virtutes, merita & dona admirari, atque perpetua amicitia sine ullo vicissitudinis metu potiri? Verum jam de ipsa gloria, qua fruuntur, pauca differamus.*

§. 11 I. Sive ipsam gloria, qua fruuntur.

8. In quo ergo consistit beatitudo Sanctorum? Nolim hic aniles fabulas, & fomnia veterum Nunciorum in medium proferre, de quibus S. Augustinus de Civ. Dei. l. 10. c. 11. uti octoginta diversas opiniones, nec in re annotavit; aliquid enim (Lepus Manuich. 4. c. 2. ta.) beatitudinem hominis collocant in voluptatibus corporis, quibus hodiecum Mahometani, & utinam non Christianorum aliqui, addiunguntur. Alii cum Stoicis in vita luminis rationali conformi; Alii cum Aristotele l. r. in virtutum moralium exercitio, & firmamento contemplatione; Alii demum in divitiis, in honoribus, in dignitatibus; Alii in aliis nugis, quorum opinio ne quidem digna est recitari. Beatitudo non potest consistere in re transitoria; quia omnia totius mundi bona, simul & cumulativè possidit, non sufficiunt, ut usam fabriculam, aut unius dentis dolorem extinguant, cum tamen unice beatitudinis guttula omnia totius mundi mala possit auferre; immo, si talis guttula in infernum decideret, mox in infernum illum tormentorum locum in paradysum transmutaretur.

ret. Illud libenter admitto, ex bonis visibilibus, quibus Deus hanc terram locupletavit, posse ceteri gloriam quodammodo desumi, cum fere in modum, quod ex araneum telis, quarum Helioabalus decies mille libras comportari iussit, magnitudo, & populositas Romanæ Urbis poterat conjecturari. Age ergo, mi Christiane! quidquid in mundo bonum & delectabile est, musicam amoenissimam, hortos deliciaiosissimos, convivia opipara, imperturbatam valendinam, Regna, Imperia, & coronas, & quidquid cordi humano aridet, hac in unum cumulum confer, & dein oculos versus caelum erigens hoc argumentum forma: Si Deus tantis deliciis Jullis & Impiis in hac lacrymarum valle paravit, quid, quae, amicis suis dilectis gentibus se in altera vita reservavit? Si domum conspicis nobilis quaedam Dynastæ, ubi aurea & argentea vasa inter quosquosque in tranquillitate proficiuntur, nonne dicis, in hac domo immensas contineri divitias? Parem in modum, cum delicia, quae visum, auditum, gustum, & cor hominis tantopere afficiunt, et calo in terram proficit conspiciuntur, quis non intelligat, in caelis omnium bonorum desiderabilium abundantiam possideri?

9. Vis alia argumentum non amplius a bonis, sed a malis hujus mundi derivatum? Intuere opulentissimum mercatorem, qui margaritam sibi vendit desiderat. Quanti pretii haec margarita? Hoc tu ignoras? Verum cum conspicias, quod mercator rei expertissimus pro ea comparanda immensas auri, argentique thesauros offerat, immo omnia sua vendat, nonne desumis, margaritam omnium comparatione esse pretiosorem? Age jam, intuere mercatorem, qui pro calo laboratur. Considera Apostolos, qui in fame & siti, in frigore & nuditate, in ærumnis & persecutionibus Evangelium disseminant: Considera Sanctos Martyres, qui in carceres coniecti, in equuleis torti, in exilia expulsi, lapidati sunt, sedti sunt, in occisione gladii mortui sunt; Considera Sanctos Confessores, qui in crebris, in pelliculis, in ruppibus proci ab omni hominum consuetudine remoti, vigiliis, jejuniis, & voluntariis castigationibus corpus macerant: Considera Sanctas Virgines, quae, relicti mundi rebus, & spebus, intra quateros parietes, tanquam voluntarium carcerem, se conclusant, atque diebus ac noctibus verum divinum contemplationi vacabant. Et si forsitan existimas, hos omnes non fuisse aqnos rei affimatores, considera ipsum Deum Filium, qui relicta caeli patria in hanc terram descendit, humanam naturam assumpsit, a primo usque ad ultimum vite momentum in paupertate, & persecutionibus vixit. Dein captus, ligatus, in carceratus, alapis & fustibus caesus, flagellatus, spinis coronatus, illiusus, confectus, ad mortem damnatus, & in cruce mortuus est. Quem in finem hac omnia? Non alium in finem, quam ad comparandum & sibi, & nobis caelestis gloria margaritam. No-

ta, mi Christiane, quam pretiosa illa sit, & cum Bellarmino de aetern. felicit. 4. c. 12. fac conclusionem: *Hinc aperitur magnitudo caelestis paradisi, quod insuper brevis dignetur sic visus imperiosa Dei.* Quod plus est! Sanctos Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines aeternum potentium dolorum, quos pro calo sustulerunt, ut hodiecum fateantur, non esse condignas passiones hujus temporis pro gloria, qua fruuntur, & siquidem tristrari possent, de hoc tristrarentur, quod non plura ac majora tormenta pro calo sustulissent. Unas pro omnibus fuisse S. Petrus de Alcantara, qui post mortem apparentis Sanctæ Theresiæ, latrabundus exclamavit: *Oh felix penitentia, quae tantam mihi promeruit gloriam!* Jam ad coronidem!

10. *Epilogo.* Cum igitur beatos caeli incolas, & ipsum Christum oportuit pati, & sic intrare in gloriam suam, nec ante Rex gloriae status est a Superis, quam Rex Judaeorum fuit proscriptus in terris, proat loquitur Spera, punct. 4.º decerne, mi Christiane, an tibi in orto, in desidia, in voluptatibus, in deliciis & divitiis portam caeli aperiant esse abstreris? Heu! Erras & toto calo aberras! Mirabilis fuit expugnatio urbis Jerichuntinae. Dominus Deus precepit Israel, ut Sacerdotes & Levitæ cum Arca tubis & lituis septus urbem circumiret; quod ubi factum est, septima vice moenia civitatis costruere, & Israelitæ illam sine caede & sanguine occuparunt. Tum porro Deus preceptum subjunxit, quo omnibus militibus severissime interdixit, ne quis de spolio urbis quidquam sibi arrogare praesumeret; fuitque hoc interdixtum adeo rigorosum, ut militum eundem nominæ Achan, qui modicum aliquid furari ausus est, publico lapidationis supplicio fuerit interfectus. Quæ causa hujus rei? Nonne in omni expeditione bellica id moris est, ut hostium spolia victoriosi cedant? Moris est, respondet Cardinalis Cajetanus ap. Labbat. V. Gloria Prop. 14. ubi pugnat, ubi vincitur, ubi laboratur; verum ubi feticuntina a solo Deo prodigiose expugnata, non autem militum labore capta est; Ergo etiam aequum fuit, ut, *quibus pugna labor non comparit, proliè voluntarium non abstraxer.* Nota mi Christiane! Ut aeternae retributionis praedam referas, haud facti est, esse militem Christi, sed necesse est, ut pladium stringas, ut pugnes, ut vincas. Omnes Sancti Caestres, quos hodie cum Christo resurgentes veneramus, ubi post hujus vite exitum ad paradisi portam pervenerunt, examinati sunt: Hi, qui laque, & unde venerunt? Responsurque est: Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione. Igitur, si eadem cum ipsis mercede coronari desideres, necesse est, ut per multas tribulationes, per mandatorum observantiam, per preces, jejunia & vigiliis, cum ingenti meritorum thesauro illic pertingas. Amen.

In Commemoratione Fidelium Defun&orum.

CONCEPTUS LXXVI.

En bonis gloria, quibus Beati fruuntur, eruitur, quanta sit pena damnorum in purgatorio.

Procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite. *Joan. 5.*

Nemo parvum damnorum, quam purgante animam patitur, multum estimat.

Infantulus in utero matris conclusus sensibilibus quidem non caret; hinc, si contingat illum una cum matre obtecti, confossi, aut flammis tradi, cum matre obteri, confossi, aut flammis tradi, tanto acerbiorum dolorem sentiat, quanto libidiora sunt teneri corporis organa. Verum rationis compos nec dicitur esse; hinc si Regina quaedam, Magni Monarchæ conjux, filiolum adhuc in utero harentem his verbis compellere: Agedum fili mi, non multo post tempore ab angustia tua et tam vastum transibit mundum, qui tot & tot millionum vicibus angustiam, in qua moraris, habitationem superabit: Nunc in ar&to carcere hoc es sine lumine, non cognoscis consanguineos, nec ipsum patrem: At paulo post lateris splendore dieti, aspicias caelum, solem luminosissimum, montes & maria. Videbis florentes campos, civitates, & hortos, & quod amplius est, omnium illorum potentis imperio. Jam solus es, nec hominum societate, nec famulorum obsequio gaudes: brevi in comitatu tuo habebis Principes cognatos, & pro subditis habebis gentes innumeras: Pro tui corporis custodia paratissimi stabunt exercitus, & militie Duces, sanguinem pro te dare promptissimi. Te expectant symphonice musicae, venationes, convivia, theatra, & palatia magna, certus esto, unam horam melioris illius vite, qua in lucem nata fueris, plus habituram voluptatis, quam centum anni laboriosæ illius delectationis, quam tibi præbet uterus materosus. Si sic, inquam, mater duceret, an patris, infantulum huic sensationem apprehendentium, aut quicumque concepturum de bonis nondum visis? Nil minus! Patratio nobiscum te habet, quando in utero mundi, id est, in hac mortali vita versatur. Cum nobis, pœna sensus, id est, crudelissimis ignis, aliaque tormenta animarum purgantium, quæ sub sensus externos cadunt, ante oculos ponuntur, exhorrefcimus, & compatimur: Cum vero de pœna damnorum, id est, de bonorum caelestium jactura, & de Dei, & Sanctorum Calium consortio, ad quod miseræ animæ affluant desiderio assumi anhelant, mentio fit, suspicimus, nec pro rei gratitudine æstimamus illa bona, aut ortum esse eorum carentia supplicium, quod ab omni sensu remotum solo intellectu percipi potest.

Que tamen est gravissima, quia vultus illa bona, quibus Beati tunc corpore, quam anima tenent fruuntur.

2. Proposio. Agite! Quoniam materiam de caelesti gloria tractamus, perpendamus singillatim ea bona, quibus Beati in calis tam quoad corpus, quam quoad animam fruuntur, & exinde conclusionem faciamus, quam intolerabile tormentum fit animarum purgantium, cum ab illa gloria, cuius jam a corpore solate capere se vident, etiam modicum ad tempus excludantur. Certe, cum in hoc mundo luctus ex jactura alicujus boni tanto fit major, quo majus est bonum illud deperditum, recte intulit Angelicus Doctor, afflictionem animarum, quam ex jactura infiniti boni patiuntur, esse quodam modo infinitam. Atteadite! Favete!

§. I.

3. Confirmatio. Non eravi, Dilectissimi, cum de corpore Sanctorum mentionem feci, quamquam enim perbene sciam, Beatorum corpora ante universalem anastasia non resurre&ta, nihilominus quidam Theologorum docent, Angelos & Electos in calis ex materia caelesti sibi formare ad interim corpora, quorum felicitas, & ut ita dicam, quinque sentium voluptas in animam Beati redundat. Quam ergo est felicitas quinque sentium in Beatis?

4. Oculi delectantur, & ineffabili gaudiorum excessu fruuntur, cum Beatorum corpora, supra solem radiosa, novem Angelorum choros, & ipsam Angelorum Reginam, caelorum Dominam, intuentur. Magne Deus! Si olim in terris Beatissima Virgo Maria tam admirabili venustate naturali excelluit, ut S. Dionysius, qui eam Hierosolymis viderat, Sancto genitum Apostolo scripserit, se illam, nisi fides refisteret, pro Dea habituram; quanta erit illius pulchritudo in calis, ubi Dei & Deipatræ Filius ferè omnem suam gloriam in eam transfudit? Quid dicam de beatifico aspectu, quo Beati Christum Redemptorem, & in eo sacratissima vulnera, redemptionis nostræ pretia, intuentur? Si discipuli in monte Thabor unica beatitudinis guttula adeo iuebrati sunt, ut Apostolorum Principes sibi jam nil amplius desiderandum esse putarint: *Bonus est nos hic esse.* Quid efficiet totam pulchritudinis mare, quo Beati intutu Christi Salvatoris fruuntur? Dic mihi Christiane, nonne hæc visiois felicitas digna est, ut modo oculos a periculosis aspectibus refrænes? Aures in calis tiliantur amenissima harmonia, qua ab Angelis coram throno SS. Trinitatis admirabile trifragium, laudes Beatissime Virginis, & victoria Sanctorum sine fine cantatur: *In templo ejus omnes dicent gloriam.* (Psal. 83.) Bone Deus! Si ille Dei famulus, de quo in Vitis Patrum agitur, ad unius aviculæ cantilenam, quam se vix dimidia hora audivisse putabat, trecentis omnino annis

annis absorptus & extra se raptus e Monasterio abijt; & Guilieimus Comes Juliensis, (Car. 12. c. 15.) qui in Festo Nativitatis Domini sub Canone trium Missarum audiens concentum Angelorum dicere dein solitus fit: Si adhuc semel talia mihi concederentur audire, a omnibus meis paroxis essem renunciaturo, quanta erit Angelici concentus amenitas, & quanta lætitia in audiendis Sanctorum discursibus & colloquiis, quorum neminem unquam tedium aut fastidium subijt? An non putas, mi Christiane, esse opera pretium, ut hujus musicæ, & consortii spe nunc aures salutaribus monitis, sanctorum Oratorum hortamentis, & pauperum precibus Dei amore accommodes? Oloratus fatiabitur ex fragrantia gloriolorum corporum, præsertim Christi, & Beatissime Virginis: *Sicut odor balsami erunt ante te.* (Eclesia in Offert. Mort.) Carolus V. Romanorum Imperator, Augustum Vindelicorum ad comitia delatus, & insigni Comitum Fuggerorum aula exceptus, dicitur nil magis admirari visisse, quam pretiosa odoramenta, ipsum felicem Arabum exhalantia. His elatus Comes Fuggerus, habere se, æbejt, quo longe æmione odore Cæsareas nares recreare possent, simulque apocham, seu, ut ajunt, obligationem, qua se Carolus Fuggerorum familia multarum millionum ergo obtinuerat, foco ardenti iniecit: Dicunt, Imperatorem fubintulisse, nihil se unquam pretiosius ollectisse. Oh mi Carole! si in calis de factis, de quo non dubito, regnas, certe pretiosiori odore recrearis; si enim Sanctorum cadavera in terris relicta non nunquam misericam pariter fragrantiam, qua adstantibus oblectari prægultum calis sententia arbitrabantur, quoniam dabunt corpora Beatorum in calis? Oh mi Christiane, ut hac odoris suavitate pasceris, nunc da operam, ut virtutum exemplo Christi bonis odor sis. (2. Cor. 2.) Cultus in nuptialis calorum convivio, quamvis Beati alimento non indigeant, nihilominus dulcissimo Manna, seu liquore satiabitur, quem Deus in oblationem suorum amicorum prodigiose producit: Si enim unica Virginis lactis guttula, qua Beatissima Virgo Sanctum Fulbertum Episcopum Garutensem adeo recreavit, (Hartmann. Schedel. in Chron. ad init. mundi. et. 6. f. 20.) ut illum gravi infirmitate decumbentem in momento sanaverit; quæ virtutis & dulcedinis erit ille liquor immortalitatis, quo Beati in calis recreantur. Oh quis non libenter has delicias jejuniæ & carnis maceratione promeretur? Denique tactus, qui toti corpori, cæterisque sensibus communis est, purissima voluptate in calis repletur. In hac vita mortale corpus, mille in commodis obnoxium, nunc frigore obstringitur, nunc calore exurit, nunc fame aut siti torquetur, Oh quis non infirmitate, & sectate destruitur: In calis autem, ait S. Augustinus, Soliloq. c. 35, juvenus nunquam fenescit, decor nunquam pallefcit, gaudium nunquam decrefcit, gemius nunquam auditur, & triste nihil videtur. Oh mi Christiane! quid

interest, mortale corpus modica mortificatione affligi in terris, si illud bæta immortalitate, & incorrupta juventute fruatur in celis?

5. Necdum omnia dixi! His sensuum delicias accedunt quæternæ gloriæ dotes, quales sunt, claritas, immortalitas, agilitas & libiditas, quibus corpus Beati ad esse quoddam spirituale, aut Angelicum elevatur; dicente Apostolo, (1. Cor. 15.) *Sensuum corpus animale, surgit corpus spirituale.* Claritas in eo consistit, quod corpus Beati non solum diaphanum reddat, ita, ut mirabilis symmetria, & structura membrorum perfecte perspicere possit, sed illa etiam mirifica luce consuecunt, ut, teste Anselmo, si unicus Sanctorum unicum manum excelsis exporrigeret, illa septuplo magis orbem, quod illum illuminaret. Immortalitas est illa dos, quæ Sanctorum corpora ab omni corruptione, ægritudine, alitu, frigore, aliique incommodis immunita conservat: *Neque ultra non erit, neque lassus, neque dolor, neque dolor erit ultra.* (Apo. 21.) Profunde errantur filii Zebedæi, quorum unus ad dextram, alter ad sinistram in regno Christi sedere amebat. (Matth. 20.) quia illi, ut loquitur S. Antonius, (hic) non erit *visus, nec advesarius, nec aliumvisum quodlibet.* Agilitas ea est dos, vi cuius corpora Sanctorum, celeritate Angelis paria, ab uno loco in aliam, ab oriente in Occidentem, a Meridie in Septentrionem in momento, prout volent, sese transferre, & nunc ad thronum Dei aut Beatissime Virginis, nunc ad alium quemdam Sanctorum conferre possunt: *Assument pennas ut aquile, & sicut cinille in arundinibus discurrent.* (Isa. 40.) Quibus S. Anselmus l. Simil. c. 38. addit: *Ipsi Angelis Dei aquæ calorem erimus.* Denique subtilitas Sanctorum corporum tanta est, ut instar puri spiritus quævis obliacua penetrare & penetrare eum in morem possint, quo Christus resurgens per laxum sepulchrale, & polles in concanacum, ubi fores erant clausæ, ad discipulos pertransivit. Quanta felicitas! Sed audi majora!

§. II.

6. Siquis ad litras maris consistat, non putet angulum illud aquarum spatium, quod oculis complectitur, vocari Mare; illud enim vis millefima pars est profundus, alti, & spatiofissimis, quod immenso aquarum tractu pro omnem terram sese extendit: Parem in modum, hæc cæternæ de beatitate corporis dicta sunt, pro nihilo ferè reputanda sunt, si cum beatitate anime veniant in comparationem; cum enim tam magna & admirabilia sint, quæ Beato quasi accidentaliter superveniunt, quantum, quæque incomprehensibilis erit ipse Deus, in cuius visione & possessione, tanquam boni infiniti, ipsa substantia beatitudinis consistit, & qui, licet fit inæstimabilis, inestimabilis, & incomprehensibilis, & licet fit omni magnitudine major, omni pulchritudine pulchrior, & omni dulcedine dulcior, prout loquitur Aug. ferm. 1. de Verb. Apoff. tæmæ

tamen secundum omnem suam magnitudinem & palchritudinem, & dulcedinem beatæ animæ & tribus illius potentis, videlicet intellectui, memoriæ, & voluntati perfectissimæ, & ita se communicat, ut hæ tres potentie dicit possint: *Sociari, cum apparuerit gloria tua.*

7. Intellectus animæ illuminatur lumine gloriae, de quo Apocalypsicis Vates describens supernam civitatem Hierusalem ait, *(Apoc. 21.) Claritas Dei illuminabit eam.* Hac claritate, qua nihil aliud est, quam participatio divini luminis, quo Deus seipsum agnoscit & amat, elevatur anima ad videndam & agnoscendam Deum, quo visio & agnitio est ipsa substantia beatitudinis: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum.* (Joann. 17.) Ibi anima cognoscit Deum non amplius per nebulam, aut per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, neque per partes, ita, ut unam perfectionem divinam ab altera, v. g. Misericordiam a Justitia, Omnipotentiam a Providentia, prout nunc fit, discernere debeat, sed perfectissimo, & indivisibili intuitu ferat in totam Divinitatem, ita, ut in Trinitatis mysterio clarissime videat, quæ ratione genitor filium generet; quomodo Genitus sit Genitori coævus, & ex utroque Spiritus Sanctus procedat: Præterea videt arcum consiliorum & iudiciorum Dei ordinem, ac causas, v. g. cur post Dominicam Incarnationis & nostræ redemptionis beneficiam tam pauci sint, qui salventur; cur Deus animas crearet, quas pravitudo æternam perituras; cur hominibus iustis paupertatem & ærumnas, impiis autem prosperitatem & divitias dederit, & quæ sunt alia id genus mysteria, siquæ omne in totis tantisque revelationibus; quæ per omnem æternitatem non variatæ, & fatiscite semper aliquid novi complectentur. Memoria Beatorum sibi representat omnia & singula beneficii per omnem vitam sibi divinitus concessa; recordatur inspirationum, illuminationum, occasionum, & longanimitatis patientiæ, quæ Deus illam ad penitentiam adduxit; mirabitur arcum mediatorum ordinem, internas & externas admonitiones, occupationes, persecutiones, & adversitates, quibus Deus illam a peccatis, & peragenda periculis præservavit: Ibi verificabitur vaticinium Psalmistæ, *(Psal. 45.) Illuminabitur iustissimus civitatem Dei.* Per flumen illud, Augustinus interpretatur in Psal. 45. nil aliud intelligitur, quam torrens beneficiorum ex abyssu divine Bonitatis fontis ignem trahens. Cur autem venit nomine fluminis? Ideo, quia sicut aquæ decurrentes a fontibus nonnunquam vertiginem creant; ita imbecilles & virtutum inopes anime tribulationum incursum, quæ arcuum sunt Dei beneficium, hinc primum offendantur, cum tamen in beata illa vita sole meridiano clarior inspectari sint, hæ tribulationes non fuisse, nisi fracta, & repagula, quibus Deus illos a peccandi & peragenda occasionibus cohibuit. *Invidibile dicitur est, subjungit B. Hieronymus hic in Psal. 45. quam visibilibus similitudinibus impetus per memo-*

riam representatus iustissimæ civitatem Dei. Quæ ris fortasse, mi Christiane; an Beati in calis etiam peccatorum, quæ in terris commiserant, recordentur? Respondeo cum S. Augustino de Civ. Dei l. 22. c. 30. Omnino recordantur: *Erre in illa beatitudine culpa memoria.* Hæc autem memoria nullam Beato afflictionem, sed potius lætitiâ affert, cum fere in modum, quo miles eruenti præterit, quo vulneratus est, aut qui convalescit, ægritudinis recordatur. Quomodo hæc ipsa peccatorum memoria inexpressibilis lætitiâ perfundat animum Beati, & excitabit, ut insatiam gratitudinem Deo, cuius misericordiam ab interitu ereptus est, sine fine rependat, identidem exclamans, *Misericordias Domini in æternum cantabo!* (Psalm. 88.)

8. Quid dicam tandem de incomparabili gaudio voluntatis, quam anima concipit, cum te beatissimum finem, ad quem creata fuit, feliciter obtinuisse, & jam inter beatos cali Principes receptam esse considerabit? Gaudet, quod vinculis mortalitatis exuta, & carcere luctu corporis liberata, jam plena filiorum Dei libertate fruatur; Gaudet, quod plenam quinquæ sensuum oblationem, & quatuor gloriarie dotes una cum perfecta desideriorum suorum saturitate obtinuerit; Gaudet, cum viderit, hanc ipsam felicitatem suam esse inaccessibilem, esse interminabilem, & ipsi Deo per omnia æternitatis sæcula coævam; & ideo a beatis cali concivibus infinitas laudes, applausus, & congratulationes recipit. Præcipue vero hæc Sanctorum lætitiâ ex duplici capite confluet, prout innuit Bernardus ser. de triplici bono, *de rebus exultare, & ex omnimoda securitate.* Quæ totam evasione liberabit Beatus; cum se superatis mandanti malis tempestatibus, ac procellis in felici portu appallisse, & pericula laqueos, & tentationes diaboli superasse videbit: *Conseravit seras portuum tuorum,* ait Psalmista, qui expresse mentionem facit de portis & seris, ut intelligatur, in beatam cali patriam non ingressurum inimicum, nec egressurum amicum. Alter fons & origo lætitiæ in Beatis est ob omnimodam securitatem, quia videlicet ab omni peccandi & Deum per transgressionem mandatorum offendiendo periculo liberatos vident; etenim maior, quæ Deum sincere diligunt, non est major afflictio, quam quod de offendente, & inimicita Dei per peccatum incurrendi periculi se videant: Quævis tamen igitur erit Beatorum gaudium, cum viderint, non non superasse ignorantiam, nec infirmitatem, aut malitiam, quæ decipit in peccatum præcipitari queat? Vis, ut duplici hinc gaudiorum fonti etiam tertium adjungam? Nimirum tertius & principalis est ipsa visio & possessio Dei, insati boni, ex qua, prout loquitur S. Franciscus Silesis Practic. amor. l. 3. c. 9. triumphalis amor; & intima anime cum Deo conjunctio exoritur. In hac vita videre non idem est ac possidere, non enim ideo, qui videt Regem, transformatur in Regem; Ve-

rum

in hac calis beata Dei visio animam quasi in Deum; & Deum in animam transfert, cum fere in modum, quo aquæ guttula in integrum vas vini infusum in vinum, & serum candens in ignem transformatur: *Similis ei erimus, cum videbimus eum.* (Joann. 3.) Hanc assimilationem sui transformationem Christus Dominus mirabiliter loquendi methodo explicat, cum ait, *Domineum Deum ad servum bonum & fidelem olim dicturum: Intra in gaudium Domini tui.* (Math. 25.) Nota! Non dicit: Intra gaudium Domini in te, sed intra tu in gaudium Domini! In hac vita, cum de promotione ad dignitatem, de divitiis, de amicorum adventu, aut alia re prospera lætamur, intrat gaudium in nos: In beata autem cali patria gaudium, quod ex visione, & amore Dei confluit, tantum, tamque superabundans erit, ut anima in gaudium intrare dicatur. Vis similitudinem? Inquire poma, & fruges arborum, quæ bullenti fœcibus condiantur. Quemadmodum naturam suam quasi in fœcibus convertunt: Ita gaudium Beatorum tantum erit, ut quasi animam absorburum, & in se conversurum sit. (S. Frac. Sal. Practic. amor. l. 4. c. 1.) Oh quis Beatorum felicitatem satis capiet quis explicabit?

9. Episcopus. Jam his omnibus bene perpensis a beata cali patria oculos ad ignem purgantium, carcerem respiciamus. Dilectissimi! Quamprimam animam a corpore solvitur, mox flagrantissimo desiderio ad Deum anhelat; & hoc desiderium sanctatur partim in naturali inclinatione, qua creatura tendit ad suum Creatorem, partim in virtute spei, qua anima Deum, tamquam omnis boni fontem, vivacissime apprehendens, illum possidere desiderat, partim denique in virtute charitatis, qua cupit Deum ex motivo Religionis, gratitudinis, & aliis in immensum honorare, & diligere: Cum igitur anima hoc suum desiderium suffragari, & se ab illa cali beatitudine, quam clare apprehendit, excludi videat, hinc quantum exinde afflictionem concipit, quantum tormentum sentit, quam inchoata cum fœta sibi ipsi condolet, & in hoc verba erumpit! Me miseram! Possent nunc oculi mei Angelorum & Electorum choros intrare; & ego nil aliud intueor, quam terribilem demonum spectat! Possent nunc aures me audire Angelorum harmonicis concentus, & benedictiones; & ego nil aliud audio, quam amaram lamenta, fletus, & ejulatus! Possent nunc odoratus meus olfacere fragrantiam gloriosorum corporum; & ego nil aliud sentio, quam picis & sulphuris fumos! Possent nunc os meum nuptialis Sanctorum convivio refecti, & ego famem & sitim intolerabilem sentio! Possent nunc totum corpus meum fulgere supra solem, & quateris gloria doctus frui; & ego hinc igneo carceri ferreis vinculis alligari! Possent Deum a facie ad faciem cognoscere, cognoscendo a mare, & amando possidere; & ego jam procul

a Deo remota hoc igne torquetur! Et mi Christiane, considera serio, quem iudicium & tristitiam anima ex hoc suo exilio sic concupit; præsertim cum beatos cali incolæ, & æternæ felicitatem semper sit ante oculos habitura: *Cremabuntur igne, & sulphure ante conspectum sanctorum Angelorum & Apost. 14. (Apo. 14.)* Oh! igitur induere viscera misericordiarum, & tam hodierna die, quam per totam Octavam miseris animabus scalam applica, quæ possint ex subterraneo carcere in calum conscendere! Quamvis est ista scala? Sunt tua bona opera, preces, jejunia, Confessiones, Communiones, & alia, quibus iustitie Divinæ satisficere, & miseris illis portam ad beatam cali patriam aperire poteris. Amen.

In Fæsto S. Martini Episcopi.

CONCEPTUS LXXVII.

De magnitudine, puritate, & æternitate patris celestis.

Domine, si populo tuo sum necessarius, non reculo laborem. Ex Vir. S. Mart.

Celestia bona pro terrenis, quibus hæc vita fruatur, eligenda sunt, quia sunt magna.

1. Sanctus Martinus Turonensis Episcopus, postquam deserta Constanti & Juliani milita in Monasterio, quod ipse edificaverat, cum octoginta Monachis aliquandiu sanctissime vixit, dein ad Candidem vicum sui Dioecesis in gravem febrem incidit, cumque dissolutionem sui corporis jamjam intare arbitraretur, mortalis vite perasus ad immortalæm anhelabat, identidem cum Apostolo clamans: Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Verum ecce! cum discipuli adstantes, iacturam amatissimi Patris cum lacrymis, & gemibus deplorantes, tristi voce interrogarent; cur nos Pater deseres? cur nos miseris derelinquis? mox sanctus Antistes, mutato orandi stylo, sic Deum precabatur: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non reculo laborem.* An bene? Suspendo meum iudicium. Ego certe, si possum tenerem, nollem redire ad turbulentum mare: si victoria palmam in manu haberem, nollem redintegrare prælium: si terminum attingissem, nollem reverti in viam. Quid est in mundo, quod hominis animum oblectare, ne dicam lætare, possit? Munda mundana: priva sunt; quamvis enim a cæcis mundi amissis alimentum, & ambiantur, tamen a Deo, ab Angelis, a sanctis Calitibus, imo ab hominibus perfectis, qui spiritui deserviunt, pro nihilo reputantur. Munda mundana milita sunt, id est, innumeris tædis, fastidiis, doloribus, anxietatibus, & angustis obnoxia; & quamvis aliquandiu animum hominis imaginaria voluptate afficiant, in fine tamen aculeum figunt, dicente Sapientissimo (Prov. 14.) *Extrema*

gaur

gaudii latus occupat. Bona mundana, si extra delectat, transitoria sunt, transcutunt, sicut umbra, evanescent, sicut fumus, marcescunt, sicut foliulus, curruque effit, quod cito illa reliquamus, aut eam in eis relinquamus. Econtra bona caelestia revera magna sunt, & a nemine prudenter contemptibilia, pura sunt, & ab omni molestia ac fastidio defecata, aeterna sunt, & per infinita annorum saecula non amplius possunt amitti.

2. *Proposui.* Quare patere, Sancte Martine, ut non obstantibus discipulorum precibus meliora tibi persuadeam! perge bonis avibus! valedic huic mundo! amplectere Christum, qui in illa celi patria, bonis magnis, puris, & aeternis te cumulabit! Vos vero, Auditores, nolite putare, solum mihi rem esse cum Sancto Praefate. Vos quoque tangit, quod cum illo locutus sum, ut nimirum verum, sincerum, & ardens desiderium rerum caelestium concipiatis. Attendite, Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* Magna vult revera bona illa, quae Deus amicis suis in caelo confert, & tanta, ut omnem eloquentiae facultatem, omnem intellectus capacitate transcendat. S. Hieronymus post mortem apparuit Augustino, qui tunc temporis in describenda celi gloria laborabat, eique edixit: Desine Augustine describere, quod non capies, nisi ibi sis, ubi ego sum. (*Carolis ser. 53, n. 6.*) Oh, quomodo ego capiam, quod Augustinus non potuit? Ut autem de magnitudine bonorum caelestium saltem aliquid dicam, ex ipsis bonis temporalibus, quibus in hac vita fruimur, argumentamur capio, Nonne propter nos homines Deus immensam universi molem condidit? nonne propter nos caelum, astra, elementa, & omnia creata miro ordine disposuit? nonne aurum, argentum, & quicquid in orbe pretiosum est, ad nostros usus ordinavit? nonne dat nobis lucem ad videndum, neminem ad respiciendum, fontes ad gustandum, fontes ad audiendum, fontes ad refrigerandum, herbas ad morbos curandas, animalia & fructus ad suavitatem vivendum? A Deo hac & innumera alia bona in hoc mundo habemus. Ex quo cum S. Augustino in Soliloq. inferendum, quod, si Deus nobis in hoc exilio tanta bona confert, multo majora & infinita majora bona Sanctis in caelo largiatur: *Si pro hoc corpore corruptibile tantum magna & innumera beneficia praestat; qualia, quae, & quam magna erunt illa bona, quae preparavit diligentibus se in caelesti patria? Si tanta sunt bona, quae etiam inimicis in hoc mundo degenantibus tribuit, quanta sunt, quae amicis suis in caelo triumphantibus largitur? Si in hoc mundo, qui est tuguriolum Adami, ergastulum peccatorum, cavea brutorum, carcer, & exilium mortalium, Deus tantis bonis homines peccatores recreat; quanta erunt bona, quae in cae-*

lo, in suo palatio, in gloria suae habitaculo Sanctis impertietur? *Si tantis nobis factis in carcere, quid agit in palatio? Haud dubie, inquit, Augustinus tract. 34. in Joann. bona illis confert majora, quam explicari possit: *Procul dubio plus futurum est, quam dici possit.* Labet a bonis temporalibus transire ad spiritalia, quibus Deus amicos suos in hoc mundo saepe reficit, & satiat? Nonne indignes pietate animi saepe sunt, quae gaudia spiritualia ita superabundant, ut etiam tribulationes, persecutiones, & martyria ipsis dulcescant? quomodo tanto interius afficiuntur gaudio, tantisque consolationibus recreantur, ut nonnunquam extra se rapti, & deliqua passi sint? S. Franciscus Xavierius in Indiis innumerabiles animas ad Deum convertens tanta non raro animi dulcedine perfusus est, ut divinae beneficentiae modum ac terminum non rogaret, exclamans: *Satis est, Domine, satis est.* (*Vit. S. Fran. Xaver. 3. Dec.*) S. Philippus Nerius tam ardenti desiderio in Deum rapietur, ut coram universo populo nonnunquam in aere sublimis calico fulgore coruscare cepit. (*Vit. S. Philippi Ner. 26. Maji.*) S. Tiburtius pro Christo in ardentem rogam concessus placido vultu & ridentibus labiis testabatur, prunas sibi rosas videri. Sancti Marcus & Marcellinus conelavatis pedibus in igne flantes, & qui se habent, interrogati responderunt, se nunquam tam jucunde epulas fuisse. Jam sic S. Deus tantus in hoc deserto dat delicias, quantus in aeterno voluptatis domicilio dabit, & si una superna dulcedinis guttula acerbissimos cruciatus & martyria dulcorare potuit, quid efficiat in calis totum mare? *Quid eris in patria, si tanta est copia delectationis in via!* exclamat Bernardus in Declam.*

4. Dicat compendiosae Propheta Ezechiel; quid ibi erit? Loquens de celi gloria, ubi Deus se Sanctis videndum & possidendum praebet, duo verba subnectit: *Dominus videtur!* Quid vult dicere? Nonnemo Romanus civitatis magnificentiam describens, ne invidiam rerum obtineatur, succincte edixit: *Spemans Scripsit, fel. punct. 146.* Pontifex ibi est! Ex quo cuivis inferendum reliquit, magnam utique esse civitatem, & ingentes ejus divitias, cum ibi Pontifex resideat. Parem in modum non possunt melius probari & explicari paradisi bona, quam dicendo, Deum ibi esse; quis enim non fateatur, magna ibi esse bona, ubi Deus summum bonum est, qui thesaurus Bonitatis ac Omnipotentiae in sanctos suos Aulicos, & Convives effundere decrevit? *Quid ibi duxisse possit, ubi Deus est!* exclamat Augustinus. Pergamus ulterius.

§. II.

5. Bona caelestia, diligentibus Deum preparata, non solum sunt magna, sed & pura, id est, ab omni mercore, aut alterius mali admixtione defecata. In hoc mundo confusa sunt omnia,

omnia, & nulla est sine amaritudine voluptas; qui honoribus abundat, nummis eget, qui dives est, ingenio & scientia caret, hic sapiens est, sed pusillanimis, iste magnanimus, sed imprudens; alius valetudinis robustus, sed fame parum honestus, alius eruditus, sed semper argutus, alius fatuus, sed quia a frigore, a calore, pluvia, a grandine, a passivibus, ab hostibus, ab invidis quidquam insituti patitur, a quibus nec summi quidem immunes sunt. Cardinalem Bellarminum qui vidit, putabat, se videre hominem tam corpore quam anima undequaque beatum: & tamen dicere ille solebat; *Nescitis, quanta sub hoc purpura lateant sputa*: Rebecca jam aliquot annis nupta, postquam instanter Deum pro consequenda prole deprecata est, simul duos concepit filios, qui, ubi ad partum maturaver, jam in utero matris de primogenitura concertare coeperunt, cumque deum litum fore usque ad mortem profecuti sunt. Ubi Elau de utero matris egressus est prior, eni! protinus alteregrediens plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellavit cum Jacob, quod hebraice idem est, quod supplanator. (*Gen. 25.*) Voluit Jacob, quia fratrem non potuit precedere, saltem statim subsequi. Eundem in morem, sicut Elau, ita mihi videntur mundanae oblationes, habent suum supplantatorem & vestigium subsequentem: Jucunda sunt convivium, sed post ebrietates & commensationes sequitur capitis & viscerum dolor; jucunda sunt matrimonia, sed post unum aut alterum annum sequuntur dissidia & prolium educandarum molestiae; jucunda sunt dignitates & officia, sed post brevem applausum sequuntur invidiae & amulorum persecutiones, Nullam mel est adeo dulcis, quod non selle commixtum sit excepto melle, quo fruuntur in calis Beati; ibi enim gaudium purum ab omni tristitia & dolore alienum, ibi scientia sine errore, ibi sanitas sine defectu, ibi dignitas sine timore, ibi abundantia sine indigentia, ibi felicitas sine molestia, ibi pax sine dissidio, ibi pulchritudo sine macula, ibi virtus sine vicio. Vel, ut verbis S. Augustini serm. 11. de Sancti utar: In caelo non est paupertatis metus, non agrius inditibus imbecillitas, nemo laeditur, nemo inficitur, nemo invidet, cupiditas nulla exardescit, nullum tibi desiderium, nulla honoris pulsatio, nulla porcessatis ambitio, nullus diaboli metus, nulla demum infiditio, nulla neque corporis, neque animae mors; sed immortalitatis muere vita jucunda. Hac Augustinus, cujus verbis merito ad eundem stylium & methodum subnectenda sunt verba Apocalyplici Vatis: *Mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.* (*Apoec. 21.*)

6. Plus dico: Tam pura & defecata est Sanctorum in calis laetitia, ut etiam cum memoria alicujus mali non sit composibilis, utpote quam omnem circa eas tribulationes, & mala,

quae in terris passi sunt, penitus delet, & extinguit. (*S. Bernard. serm. 6. in Vig. Nat. Dom.*) Josephus Patriarcha Aegyptius primogenitum suum vocavit Maassen, quod interpretatur *Ultimus*, ut indicaret, se Proregis dignitatem, ad quam Deo dicatione promotus est, tantum estimare, ut omnium adversitatum, carceris, infamiae, & persecutionum oblitus sit: *Oblitus me fuisse Deum omnium laborum meorum.* (*Gen. 45.*) Audiamus aliud probationis paradigma; Post Dominicam Passionis septimanam fieri in Hierusalem duo ex discipulis Christi, qui in castellum, aliquot stadiis ab urbe abjacent, nomine Emmaus expatriatum ibant. Loquebantur invicem de iis, quae elapsis diebus contigerant, & ecce! Christus Dominus, qui a mortuis jam tum surrexit, ignota peregrini specie le illis adjuvxit, interrogans: *Quid illi sermone?* Reposuerunt illi: Sermocinamur de cruenta tragedia in urbe peracta; an tu solus peregrinus es in Hierusalem, & ignoras ea, quae his diebus contigerant? Christus, quasi nondum rei gratiam subfisteret, admirari, & tandem subfisteret: quoniam ego consergenti? *Quibus ille dixit: Quis tu Bone Salvator, hac tua interrogatio grandem in me felicitat admirationem!* Nonne tu idem ipse es, quem impia & ingrata Synagoga in vincula & carcerem coniecit; nonne tu idem ipse es, qui ab uno iniquo iudice ad alterum raptatus, accusatus, & ad mortem damnatus fuit? nonne tu idem ipse es, qui post vulnera, post spata, post flagra, post spinas, in montem Calvariae raptus, crucifixus, & in cruce mortuusus? Desino admirari, nam subintrans doctissimus Sylveira grande mystrium ex hac Salvatoris interrogatione eruit. Dicit, Christum ex gloria resurrectione tam excelsivum haussisse gaudium, ut ejus intuitu omnem tormentorum immunitatem, quam paulo ante tormentorum jam penitus oblitus esset. Verba Sylveira T. 5. in Ev. L. 9. c. 3. punct. 7. sunt: *Ut ostendatur, quod res, & tam larga Felicitas sempiternae congruet tam stricta & minuta se apparere, ut ei & memoria excelsisse videatur, & inde interrogat quae Praclara responsio; Sicut ergo cum Christo, ita te res habet cum omnibus Sanctis, quorum gloria in calis laetitia tanta est, ut ne quidem eorum, qui in terris passi sunt, memoriam admittat. Contingat ergo, ut in calis conveniam Sanctum Laurentium, cuique candentis craticula, qua affatus est, commoeciam: Contingat, ut conveniam Sanctum Stephanum, eique de lapidibus, quibus obrutus est, condoleam; Contingat, ut conveniam Petrum, & Paulum, & prius de cruce, alterum de gladio, quibus ex-carificati sunt, interrogem: Omnes omnes respondebunt: Quae? Sic loquetur Hilariion de vita sulteritate, quam ultra septuaginta annos in eremo produxit: Sic loquetur simeon Stylita de sua columna, in qua quadraginta annis sub iove itans omnes pepercitatum injurias susti-*

fultinuit: Sic loquetur Romanus de vigilis jejuniis, & carnis macerationibus, quibus ultra centenas annos seipsum pro Deo afflixit: Sic denique loquetur omnes, qui modo paupertatem, perfectionem, aliam, calumniam, aut aliud malum pro Deo patienter sustinent. Dicent omnes uno ore: *Quia?* Quia *idolofcum egredis fatis, & laboris tui non recedantur auxilium.* (Prov. 31.) Verum exigna sunt hec omnia, si cum dicendis veniant in comparationem.

S. III. Et quia sunt aeterna.

7. Bona caelestia, quibus Beati fruuntur, non solum ab omni amaritudine defecata, sed quod maximum, & præ cæteris estimatissimum est, inauforbilia & aeterna sunt. Ita Propheta Isaias c. 29. loquitur de Judice in fine mundi: *Fracturabit mortem in sempiternum, et non gloriam Sanctorum in carnis unquam finem, aut sanctorum. Afferunt figuram Scripturificam hujus rei?* Cum Dominus Deus initio mundi diversissimas creaturas sex dierum spatio produxit, Scriptura hac semper phrafi & loquendi methodo utitur: *Factum est vespere & mane dies unus:* (Gen. 1.) sic de altera, de tertia, de quarta, de quinta, & sexta die idem epiphonema repetit: Cum autem de septima die, seu de sabbato sermo incidit, nulla amplius vespere fit mentio. Et quare non? Respondet S. Anselmus: Quia per cæteros illius hebdomadae dies intelligitur hac mortalibus laboriosa & arduosa vita, ubi pro calofudandum, & patiendum est, sabbatum autem fuit symbolum beate aternitatis, quæ vespere seu finem nescit; & quemadmodum de sabbato illo dicitur, quod Deus in eo requieverit; ita Beati per omnem aternitatem plena potentiam omnium fatietate quiescent. Verba S. Anselmi ap. Barz. Sermon. 53. n. 43. sunt: *Sicut sabbatum, in quo Deus requievit, non legitur habuisse vespere, sic requies iustorum non habebit finem.* Lubet etiam Salomonis audire testimonium? Ille, ubi de pretiosa domo, quam Sapientia sibi edificaverat, & septem calumnias suffulit, fule dixerit, dein subiungit: (Prov. 9.) *Proposui mentem suam, misi ancillas suas, ut custodiant ad arcem, & ad mensam civitatis. Quid hoc efficit? Quod caelestis gloria comparatur mensæ, seu convivio, nemo non facile intelligit, qui Davidem cum Deo colloquentem, audivit: *Santior, cum apparuerit gloria tua.* (Psalm. 16.) Verum, quod ancilla, seu ministris Domini, per quos sacri Prædicatores intelliguntur, nos invitare debent ad arcem & ad mœnia, non capio; An ergo calum propugnaculum est? Omnino, & quidem inexpugnabile, non quidem eo sensu, quod precibus, jejuniis, elemofynis, & penitentia: offeruntur expugnari non possint, sed hoc sensu, quod, postquam bonis operibus expugnatum est, deum inamissibile fiat, & Beatus, eo potius, expelli non amplius possit in aeternum. Ita Petrus Cellensis l. de*

pan. c. 2. in huic locum, exclamans: *Oh infelix immensa & amabilis, quia Beatus non exiit a te in clauditor spirituum intra auditum tuum, plena beatitudine feliciter circumclusus, & incircumscriptus.* Non illic penetrat mundus, non mortis a non infernalis, aut alius inimicus, qui Beatum boni infiniti possessione privare, aut gloriae suæ throno deurbare possit.

8. Sed nunquid tandem caelestis gloria & eadem Dei visio post aliquot sæcula Beatum radio, & nausæ afficient, prout in hac vita fieri amat in convivio lautissimo, quod quotidie auditur, in musica amenissima, quæ quodidie auditur? Perfecto nihil minus; id quod iterum ex Scriptura testam habemus; Tertia die a morte Salvatoris, cum Maria Magdalena cum piis consolabilibus primo mane ad sepulchrum veniret, (Matth. 28.) heraudantem sui Magistri daver acomatibus unctura, sub ipsam monuere, ut ingrediam conspexit juvenem sedentem a dextris, & cooperantem sibi candida. Obdormit, & fugam vis non circumspexit: Verum juvenis formam bono animo esse iustas edocuit, Jesum Nazarenum, quem quærentem, a mortuis surrexisset: *Ecce locum, ubi posuerunt eum!* Latent hic complura mysteria, quæ pie indagari digna forent; Possem quætere, cur Angelus sederet? & responderet: Quia in Beatis non invenitur labor, sed mera requies. Possem quætere, cur a dextris sederet? & responderet: Quia sinistra locus est damnationis, & omnis infelicitatis. Possem quætere, cur sola candida amictus luerit? & responderet: Quia Beatos locum non habet. Sed omnis his his solam interrogo; cur Angelus in specie juvenis apparuerit? Nonne convenientius in specie senis, aut viri grandavi cum mulieribus collocutus fuisset, quibus minus inverecundum, & minus periculosum est cum senibus, quam cum juvenibus conversari? Non fuisset convenientius, reponit S. Petrus Chrysologus. Et quare non? Quia Angelus non solum Christi resurrectionem, sed etiam resurrectionis gloriam, quæ semper juvenescit, nunquam senescit, mulieribus indicare voluit. Verba Sancti Patris serm. 82. sunt: *videtur juvenis; quia nihil resurrectionis iustis non vespere: *causa* iustis iustis aeterna iustitia.* In calidissimo senescit; nulla facies rugam contrahit, nullus pilus canescit, nulli oculi nigrescunt, nullus nasus marcescit, nullus candor nigrescit, & quod aliquando fuit gaudium, in aeternum est. Consulamus desuper eos, qui beatam patriam ingressi sunt. Dic S. Petrus, die S. Paulæ, quamvis etis in beata aternitate? Mille septingentis & amplius annis; Quantum in eo progressi estis! Vix eam inchoavimus. Mille septingenti anni nunquid aliquid de vestra aternitate decerpserunt? Nec horam, nec momentum: Tanta est, acsi jam inciperet, æque longa, æque jucunda nobis accidit, & restat aeterna voluptas. Eundem in sensum respondit quædam omnes Sancti, de quibus universim Apocalypiticus Vates enuntiat: *Domibus Domus illius*

nabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum (Apoc. 22.)

9. Epilogus. Quid ais modo, Sancte Martine Episcopè? necdum tibi meliora persuasi? an adhuc, dum calum tibi patet, repetis illud: *Non vultis laborem!* Dilectissimi! Meliora profuisti; cum enim in illa febre discipuli supinum orantem viderent, rogantur, ut converso corpore tantisper pronus requiesceret. Quibus ille: *Siniteme, inquit, calum potius, quam terram aspiceret, ut suo jam itinere iurus ad Dominum spiritus dirigatur.* Paulo post animam Deo reddidit, quam Angelorum chorus excepit, eosque divinas laudes canentes multi, atque in primis S. Severinus Colonienis Episcopus audivit. (Brev. Roman. 11. Nov.) Eundem in morem, quod S. Martinus, etiam alii Sancti insatiabili beatitudinis desiderio flagrant. (Cornel. a Lap. in Ev. c. 24.) Sancta Maria de Oenæs die assuebat, ut quasi ad insaniam sedata videretur. Sanctus Arsenius semper Tropholam in sinu gerebat, ut ad abstergendas desiderii lacrymas utebatur. S. Aegidius ex ordine S. Francisci Frater Laicus nunquam meditabatur, aut audiebat de caelesti patria, quin ferret in extasi fuerit raptus. Id cum vulgo innotuit, pauci in urbe Peruvio, quando Aegidii stipem colligebat, illum insectabantur, clamitantes: *Prater Aegidi, Paradisus, paradisus!* Et ecce! semper extra se raptus est. Quid tibi sciendum, mi Christiane? Abi excute veteram, & toto animo in calum sapere! Bona terrena indigna sunt, quibus cor tuum affigat; fuit enim exigua & contemptibilia, quæ tantum Dei inimici communis in celo autem Magna, quia solis Dei amici propria. Bona terrena sunt mixta merore & tantum contristant, quantum lætificant; in celo autem sunt *Pura*, sine tædii aut læditii admixtione! Bona terrena sunt transitoria, quia post pauculos annos deserunt; in celo autem sunt *Aeterna*, quæ nulla morte, aut casu auferri poterunt. Quapropter cum Bernardo te ipsum sæpe interroga: *Bernarde, quare hic?* (S. Bernard. ap. Cornel. a Lap. in Gen. 3.) cur calum suspicis; cur animum rationalem, aut immortalis accepisti? Et tibi ipse responde: *Ut salver, ut cali gaudis percipere, ut quantum desiderium.* Quæris pro corde, quomodo bona terrena despicienda sint? Patientiam habe! id proxime explicabo, &c. &c.

In Fello S. Catharinæ Virginis & Martyris.

CONCEPTUS LXXVIII.

De vanitate & contemptu rerum mundanarum, & estimatione caelestium.

Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Matth. 25.

Mundana gaudia sunt lampades fatuarum Virginum.

1. Si librum quartum Regum, & simul hodiernum Divi Matthæ Evangelium evol-

vo, magnam, & mirabilem differentiam invenio: Ibi mentio fit de paupere vidua, quæ, cum in vite subsidis nihil reliquum haberet, quam aliquot guttulas olei, & propterea jam jam cum fame & morte lactari videretur, a Propheta Elifæo iusta est, de his olei guttulis in omnia vasa tam propria, quam mutua parum aliquid infundere. (4. Reg. 4.) Paruit mulier mandato, & ecce! infusa guttula adeo increverunt, ut jam vasa capiente olei abundantia non amplius sufficerent. Hac Regum facti. Econtra in hodierno Evangelio mentio fit de quinque fatuis virginibus, quæ in suis lampadibus defectum olei passæ, & propterea a nuptiali convivio excluse sunt; adeoque, si rem bene perpendimus, ea est differentia inter viduam Sareptanam, & fatuas Virgines, quod illa oleum, sed non vasa fatis capacia, illa vasa fatis capacia, sed non oleum habuerunt. Quæ causa hujus differentie? quid nobis infinuat? Dilectissimi! an putatis, errarem, si per abundantiam oleum viduz res aternas ac calesces, per defectuosam vero oleum Virginum res mundanas intelligerem? Non errarem; Ita enim in huic locum annotat doctissimus Hugo a S. Victor, l. 1. Mif. c. 51. inquires: *Oleum Dei dulcedo caritatis, oleum mundi delictorum presentium, illud sufficit, illud deficit.* O quam insigni fulgore in oculis hominum titillat mundanae lampades, sed defectu olei cito extinguuntur: sunt ignes fatui, qui non tam lucet, quam decipiant, quibus cor tuum affigat; sunt enim exigua & contemptibilia, quæ tantum Dei inimici communis in celo autem Magna, quia solis Dei amici propria. Bona terrena sunt mixta merore & tantum contristant, quantum lætificant; in celo autem sunt *Pura*, sine tædii aut læditii admixtione! Bona terrena sunt transitoria, quia post pauculos annos deserunt; in celo autem sunt *Aeterna*, quæ nulla morte, aut casu auferri poterunt. Quapropter cum Bernardo te ipsum sæpe interroga: *Bernarde, quare hic?* (S. Bernard. ap. Cornel. a Lap. in Gen. 3.) cur calum suspicis; cur animum rationalem, aut immortalis accepisti? Et tibi ipse responde: *Ut salver, ut cali gaudis percipere, ut quantum desiderium.* Quæris pro corde, quomodo bona terrena despicienda sint? Patientiam habe! id proxime explicabo, &c. &c.

Quia defectu olei cito extinguuntur.

2. Proinde differentiam de vanitate rerum, uti honorum, divitiarum, & voluptatum mundanarum, quia harum contemptus est inter primaria fundamenta solidæ virtutis Christianæ. Omnia autem, quæ loquor, poterunt exemplo gloriose Virginis & Martyris Catharinæ stabiliri, & simul quantum optime concordant materiæ, quam de cali gaudis in cathedra tractamus. Attendite! Favete.

S. I. Mundani honores sunt inanis & transitorii.

3. Confirmatio. Primus igitur fulgor, qui oculos mundanorum cum admiratione perstrinxit, sunt honores, dignitates, & præminentie.

Proh! quam ambitioso conatu laboratur, ut in apicem terrae gloria ascendatur! hunc in finem quæruntur Patroni, affectantur recommendationes, sunt obsequia, pronuntiantur ac dantur munera, atque unus alterum vi aut dolo supplantat. Quodsi favente fortuna impetratur, quod queritur, o quot gratulationes, quot congratulationes, quot congratulationes! Certe illi, qui a Principum consiliis sunt, qui ad clavum regimini sedent, qui moderandis populis adhibentur, qui supra plebem elato supercilio evadunt, qui auro, argenteoque conitant, qui ingentem famulatum turbam post se trahunt, qui speciosos titulis, & genuliflexionibus honorantur, illi, inquam, beatos se reputant. Quid confendum putatis, Dilectissimi, de tam illustri mandati plaudentis fulgore? Lampas est fatuorum Virginum, deficit oleum, brevi extinguetur.

4. Nunquam vidistis nocturno tempore pyrobolum, qui radioso cum fymate in altum evahitur, tam bello ascensu, ut supra nebulae effertur, lucemque suam inter fydera velle assequere videatur. Verum repente tonitu rumpitur, nihilque remanet, nisi fœdus totius, & modicum cineris, quod in terram relabitur. Sic se habent mundani honores. Alquamdiu in oculis hominum mirum quantum splendescunt, mox citra spem & expectationem rumpuntur & dispersant, nihilque remanet, nisi brevis applausus, & amara memoria. *Perit memoria eorum cum tonitruo.* (Psal. 9.) O quam graphice Dominus Deus vanitatem mundani honoris nobis ante oculos posuit in illa electione, & confirmatione summi Sacerdotii! Ibi præcepit Moysi, ut duodecim virgæ acciperet (Num. 17.) easque duodecim Principum nominibus notatas in tabernaculo collocaret, atque sciret, cujus Principis virga recentes flores germinatura esset, cum ad summi Sacerdotii dignitatem electum, destinataque esset. Fecit Moyses, quod iustus est, & altera die virgam Agronis florulicæ compertus est. Hæc electio non vacat mysterio; si enim Dominus Deus Aaroni præ cæteris summum Sacerdotem esse voluit; cur illum non statim viræ vocis oraculo proclamavit, ut cur non per fortes, & suffragia populi illum proxima? ad quid virgæ? ad quid flores? S. Ambrosius succurrit huic dubio atque, hoc factum esse, ut electo Aaroni humilitas inculcicaretur. Poterat ille superbere, & sibi tacite de sua promotione applaudere, verum, cum cerneret, Sacerdotii dignitatem per florem sepulchratam fuisse, nil aliud poterat, quam de seipso humiliter sentire. Verba S. Ambrosii Epist. ad Curt. sunt: *Ut summam haberet humilitatem, seipsum commisit sibi florem præfatis. Quid imbecillus flore? A vento, a frigida aura, a pruina, a radio solis destruitur, aut, si abici eam adversarius, ex se brevi tempore emarefcit.* Vult igitur indicare Dominus Deus, & summam Sacerdotium, & omnes mundi dignitates instar floris esse imbecilles, instabiles

ac transitorias, atque momento, quo minime speratur, emarefcere, ac perire. O quam lucuos fœdibus suffragatur historicæ huic veritati Scripturæ! Quam multi fuerunt, qui hodie in Regem aut Imperatorem inaugurati, cras a belli populo crudeliter jugulati sunt, velut Andronicus! Quam multi fuerant, qui hodie inimicos Reges gloriose triumpharunt, cras sub mensa sui victoris instar canis matitiam jacuerunt, velut Adonibezee! Quam multi fuerant, qui hodie supremo sui Principis favore utebantur, cras patibulo suspensi creperunt, velut Amanus! Quam multi fuerant, qui hodie velut regnum idola adorabantur, cras oculis, & opibus obati mendicatio vivere debebant, velut Bellifarius! Quam multi fuerant, qui hodie clavum regimini moderabantur, cras sub gladio carnificis caput perderent, velut innumeri, quos nostræ ætatis historia passim recensent?

5. Verum ponamus, abesse fœdus casus, & honores, de quibus loquimur, prosperrimo cursu ipsi vitæ esse cævos: Quid demum sit? Demum venit mors, & ambitiosus mundus idolis coronas, sceptras, purpuras, pileos, mitras, fœces, omnemque vanitatis suppellectilem uno die eripit. Jam homines sunt, qui paulo ante fuerant Semi-Di, Scii, vel Christiani, cur divina officia, quibus mortuus parentatus, hæc quia vocentur? Puto, quia omnes homines æquæ quare. Cape hujus rei similitudinem: Misisti coram David, cum Regem Saul, ejus Optimates, eorumque potentiam, ambitionem, & luxuriam contemplantur, tandem in hæc verba erupit: (Psal. 77.) *Ad nihilum deveniunt, tanquam aqua decurrens.* Quid vult dicere? Ut sententiam intelligas, considera, quam diversa flumina per orbem terrarum decurrant, quolibet singulari suo nomine decurrant, unus vocatur Tagus, alter Sequana, tertius Rhenus, quartus Danubius, & sic de cæteris. Quoriam tendunt? Ad mare! Et quid fit? *Ad nihilum decurrunt,* ait Cardinalis Hugo, in Psal. 77. *quæ nomen amittunt.* In illa aequam omnium collocatione, ajat mihi aliquis, ubi sit Tagus, ubi Sequana, ubi Rhenus, ubi Danubius? Non sunt discernibiles. Eadem fors est mundani honoris: Nunc, quamdiu vita mortalis fluit, unus superbit titulo Regis, alter titulo Ducis, tertius titulo Marchionis, quartus titulo Comitatus &c. At, cum ad mare æteritatis ventum fuerit, nulla est inter nobilem & ignobilem discrepantia. *Nomen, quod sibi fecerunt in terra, amittunt,* ait doctissimus Idiota, de contemptu mortis c. 13. Ibi non amplius dicetur, *Vestra Majestas, Vestra Serenitas, Vestra excellentia, Vestra Amplitudo, Vestra Sremitas,* & quæ sunt similia: Ibi centones Lazari tantumdem valebunt, quam purpura Epalonis. O miseri honores!

§. II. *Mundana divitiæ sunt periculosa, & in alio mundo non valent.*

6. Alter deceptorius fulgor, quo mundanorum oculi, animique multoties excitantur, sunt divitiæ, & bona terrena. Cum quis certatur, qui castella, prædia, agros, vineas, & ingentia latifundia possidet, qui centenos, milenos subditos sub tributo numerat, qui annuus census continuo duplicato augmentat, qui sermone & citas auro, argenteoque onustas habet, qui fortunam sibi ad vota famulari sentit, cum quis talis, inævum, certatur, nunc cinivero mundani homines platum extollunt, & *bonum dicunt populum, cui hæc sunt.* (Psal. 143.) Quid confendum putatis, Dilectissimi, de tam illustri mundi plaudentis fulgore. Lampas est fatuorum Virginum, deficit oleum, brevi extinguetur.

7. Etiam mundana divitiæ periculosissime sunt, & simul vanissimæ. Periculosissime sunt, quia facile animum hominis, immoderato affectu divites accupant, in varia eaque gravissima peccata abripiunt. Audite quomodo, & qua ratione. Quod aliis regionibus sunt pluvias, id Nilus est Ægypto; quippe, annuatim una vel altera vice litus egrediens, longe lateque per campos se distendit, colque fertur. Hinc est, quod, teste Seneca, l. 4. Nat. q. in præd. in Ægypto nemo aratorum cultum officiat, quia nimirum omnes spem suam non in cælo, sed in Nilo collocant. Parem in modum comparati sunt mundani homines: Oculis non ad Deum, sed ad thesaurum suum convertunt, in hoc adeo ipem omnem felicitatis lux reponunt, ut, si æternum terrenis frui liceret, facile cælestibus renuntiarent. (S. Hieron. in Ezech. c. 29.) Verum advertite, quid in Nilo fiat: Homines & canes, qui ad flumen aequam hausturi accedunt, fugitive ac celeri cursu id agere debent, alias vas illis! Quare? quia cavernis habitatoris anfractus in specubus, & cavernis habitatoris ferocissima animalia, videlicet crocodilli, quos, si hominum quempiam circa fluminis confinia immortantem conspexerit, subito irrupunt, & miserum devorant. O quam convenienter mundana divitiæ Nilo flumini comparantur. (Barrat. in itin. Israel l. 1. c. 3.) Mi Christiane, quamdiu in hoc orbe degis, oportet, ut fugitivis tantum labiis opum terrenarum aquam degustes: Si immereris, id est, si insatiabili siti te inebriare, & opes opibus cumulare volueris, crede mihi, mox infernalis crocodillus te occupabit, & in varia peccata inducet, non enim videtur ejusmodi thesaurizationem sine furis, fraudibus, deceptionibus, iniquis detentionibus, aliisque injustis fieri posse: Hinc ait Apostolus (1. Tim. 6.) *Qui voluit divites fieri, incidens in tentationem, & in laqueum diaboli.* Audis? Non dicit: Qui divites sunt, sed qui divites volunt fieri, id est, qui diu noctuque omnem sollicitudinem eo convertunt, ut bona sua terrena sine fine, & sine fatietate augmententur.

8. Dixi superius, divitiis non solum esse periculosas, sed & vanissimas: Atque ita se res habet; quia possessor suos optione citius deserunt. Mi Christiane, cum minime putaveris, venit mors, & quæ per complures annos parvasimonia, ac jejuniis corraffit, tibi eripiet: De omni tuo peculo ne unus quidem obulus, & de domibus ac castellis ne una quidem tegula, de hortis & pomeriis ne una quidem gleba amplius tua erit: Quæ possidisti, alium habebunt possessorem; quid tunc tibi proderunt corolæ? Nihil! Quæro, non cogitas iter in Italiam, aut in Galliam? Si ita est, suadeo tibi, ut moneam Germanicam sine mora cum alia committas; quæ nostris cruciatibus, huzi, denarii, duodeuarii, vicenarii, alique in Italia & Gallia nec hilo amplius valent. Parem in modum, cum ad mortis & æternitatis confinia aliquando deveneris, hæc pompa, hæc lux, hæc aurum, argenteique talenta, hæc pretiosæ vestes, hæc magnifica suppellex nullius amplius erunt valoris, nec conduxit tibi pro comendo unico actu contritionis. Cum ante Divinum Judicem comparueris, non erit quæstio, quam dives fueris; sed quom plus, nec quot millia aëreorum numeraveris, sed quot millia horum operum exercueris &c.

§. III. *Mundana voluptates sunt falsa, & desunt in miseriam.*

9. Tertius inimicus hominum, qui oculos animosque mundanorum hominum demerant sunt terrena voluptates, tam honestæ, quam inhonestæ. Cum edunt, bibunt, ludunt; cum diu noctuque in choricis & tripodis plauditur, cum choralium & tibicinum concentu aures demulcentur, cum quotidie Bacchanalia celebrantur, cum inter jocos, nugas & risus tempus teritur, cum res amatorie tractantur, & petulantii carni, quod alibet, non degeatur, tunc enim vero mundani troscilli putant, se innatare mari felicitatis. Quid confendum putatis, Dilectissimi, de tam illustri mundi plaudentis fulgore? Lampas est fatuorum Virginum, deficit oleum, brevi extinguetur.

10. Rectissime pronuntiavit ille, qui dixit: *Mundus opiniolemus regitur.* Illud enim, quod mundus deliciolus, ac voluptuosus reputat, si bene perpendimus, non tam voluptas est, quam falsa opinio voluptatis. Suffragatur huic veritati S. Chrylóstomus, in c. 6. ad Ephes. de deliciis terrenis universim enuntians: *Res hæc non sibi voluptas, sed umbra voluptatis.* Intuimini eandem mulierem! Denudare collum & frons ac hyemis siliaris exponere, corpus contringere sere ad suffocationem huiusmodi, calcis tot dolores, quot gressus pati, tres aut plures horas ante speculum sedere, comere, crispare, ungere; ac hæc est voluptas? Intuimini avaram! In mediis divitiis egeret, ut pecuniis parcarat, famem & sitim pati, necessaria sibi subtrahere, in rerum affluxu

inopiam metere, ac immoderatis curis infomes noctes ducere; an hæc est voluptas? Intuimini luxuriosum; Se mancipium spurcæ voluptatis facere, rivalium invidiis se exponere, parentum ac superiorum oculis continuo metuere, gratiam Dei perdere, publicam nominis infamiam pati; an hæc est voluptas? Intuimini gulosum; Inebriare se usque ad vomitum, sanitatem destrucere, capitis doloribus per complures dies gravari, gravissimos morbos contrahere, vitam sibi ipsi decurtare; an hæc est voluptas? Sic discurrendum est de omnibus vitis, in quibus peccatores de delicatose versari arbitrantur. Mi Christiane; si tibi præcipitur, ut vestem ciliicium geras, ut flagellis te excipias, ut sabbathinum jejunium teneas, ut horariam meditationem instituas, confesum obtenderes impossibilitatem, cum tamen revera in vitis enumeratis graviore molestias pro tua damnatione sustineas, quam sint hæc sanctæ austeritates exaltatæ pro celo. O quam bene hanc veritatem cordi habuit ille ex veteribus Anachoretis, nomine Pambus; (*Sermones l. 4. c. 18.*) Vocatus a S. Athanasio in urbem Alexandriam vitis tibi evindam, compam, crispam, cerustam ac calamistratam mulierem, atque simul in uberibus stertis prorupit. Causam lacrymarum quaerit repositus: Fleo, quia nec decimam quidem partem eorum sustineo pro celo, quæ fulsint hæc mulier pro inferno. O miseræ mundi voluptates, quam amarum nucleum tegitis sub speculo cortice.

10. Sed ponamus; voluptates mundi non esse falsas, non esse deceptorias; quamdiu durant? Exiguo tempore; Post pauculos annos velut fontium transierunt, evanuerunt, disparuerunt. Ex quid tunc? Tunc sequitur illa tragœdia, quam describit S. Job, c. 21. *Ducunt in horrida sua, & in pœnis ad inferna descendunt.* Hæc est ordinaria voluptatum coronis: Quicquid sibi ipsis in hoc mundo constituunt, eridunt altero: Post inflatam huius vite superbiam sequitur vilissimus sathanæ mancipatus: Post avaritiam sequitur miserabilis & æterna paupertas: Post luxuriam sequuntur igniti serpentes & bufoes: Post ebrietates & commensationes sequitur canina fames ac sitis, & sic de cæteris. Age, mi Christiane, introspecte in infelicem car-

cerem, interroga miseris istos; quid modo sentiant de mundi voluptatibus? Videbis, & audies, quod mille diris illas execrentur, optentque, in hoc mundo cum sanctis Martyribus, Anachoretis, & Virginibus inter cruceas, adversitates, persecutiones, penitentias, & austeritates vixisse &c.

11. *Epilogus.* Tu igitur discere alieno damno sapere, & noli his mundi rebus immoderato affectu cor alligare: Cum vides mundi amafios in sublimi honorum ac dignitatum apice cum pompa & læta convalescere, cogita, esse inano lampadem fatuarum Virginum, quæ defectu olei brevi extinguatur: Tunc, cum mors advenit, fieri poterit, ut vitis lacinia plus quam purpura splendeat, & famulus præ domino, subditus præ Rege honoretur. Cum vides mundi amafios inter divitarum abundantiam helliari, cogita, esse lampadem fatuarum Virginum, quæ defectu olei brevi extinguatur: Tunc, cum mors advenit, perdat terrena divitia omnem valorem, & solum respicietur bonorum operum moneta, pro qua beatam aeternitatem licetibi coemere. Denique, cum vides mundi amafios voluptuosam, deliciosamque vitam ducere, cogita, esse lampadem fatuarum Virginum, quæ defectu olei brevi extinguatur. Vera ac genuina voluptas est tranquillitate conscientie suæ, & gratiam Dei pectore conservare, quæ testera est, & pignus æternæ salutis: Paucis: Amicum Dei esse præstare omnibus honoribus, divitiis, ac voluptatibus totius mundi; Cape exemplum in sancta ac gloriosa Virgine ac Martyre Catharina. Fuit illa e numero prudentum Virgum, quia lampadem inextinguibilem, id est, caritatem insuperabilem in animo habuit. Obulit illi gentilis Imperator summam, nempe Imperatoriam dignitatem, consequenter potuisset fulgentis honoribus, immensis divitiis, & omnigenis voluptatibus frui; verum deceptorio fatuarum lampadem fulgore non fuit excæcata: Fidem servavit Divino sponso, generoso contemptu protrivit res mundanas, malitque cum Christo inter tormenta, quam cum tyranno inter delicias versari. O utinam Christiani hanc generositatem S. Virginis amularentur, & non tam facile permitterent modico blanditibus mundi fulgore se a Christo avocari! &c. &c.

APPENDIX SEU BREVIS ANNOTATIO,

Qua ratione huius Tomi Conceptus ad formalem
Catechesin applicari valeant.

CAPUT QUARTUM.

De Sacramentis in genere.

CATECHESIS I.

De essentia, necessitate, fine & numero
Sacramentorum.

- Quæst. 1.** uid est Sacramentum? *Be. Est invisibilis gratia signum visibile ad nostram sanctificationem Divinitus institutum.* Est signum visibile, ut nostræ naturæ sit proportionatum: Est signum invisibilis gratiæ, quam per caeremonias externas symbolizat. *Pro Fesl. c. 1. n. 4. & 5.* Est ad nostram sanctificationem Divinitus institutum, quæ gratiam, quam Sacramentum significat, præstare operatur & producit, n. 6. Hinc fit *instituentum* est, quod testatur, *condimentum*, quod condit, &c. sic Sacramentum est, quod sacrat, seu sanctificat. *Ibid. n. 3.*
- Q. 2.** Quid ergo habemus per Sacramenta? *Be. gratiam sanctificantem, de qua Tridentinum sic ait: Per Sacramenta omnis gratia incipit, & hoc principaliter intelligendum est de Baptismo. Aut incipit augetur, hoc verum est de Sacramentis vivorum.* Aut *missa reparatur, id quod specialiter convenit Sacramento Poenitentiae.* *Pro Fesl. c. 1. n. 1.*
- Q. 3.** An inermam animæ Sanctificationem Deus nonnunquam per signa externa manifestavit? *Be. Omnino; prout patet ex historia S. Mariæ Ogniacensis, S. Renigii, & S. Sigeberti.* *Pro Fesl. c. 1. n. 6.*
- Q. 4.** An Sacramenta sunt homini necessaria? *Be. Non omnibus omnia, nec singulis singula, sed his illa, aliis alia, sicut medicinae pro diversitate morborum. Certum autem est, hominem esse inobliviscibilem sine Sacramentorum gratia, sicut Samson fuit infirmus sine capillis.* *Pro Fesl. c. 1. n. 7.* Hæc necessitas autem diversæ est pro diversitate Sacramentorum. *Ib. n. 8.*
- Q. 5.** Quot sunt Sacramenta? *Be. Sunt numero septem, id quod partim conitit ex sensu Ecclesie, partim ex analogia cum generatione & educatione hominis naturali.* *Pro Fesl. c. 2. n. 3. & seq.*
- Q. 6.** Quomodo differant inter se Sacramenta? *Be. Differant in eo, quod aliqua dicantur Sacramenta vivorum, alia mortuorum. Sa-*

cramenta vivorum sunt, quæ conferunt gratiæ augmentum & vitam spirituales in suscipiente supponunt. Mortuorum sunt quæ conferunt primam gratiam, ipsamque vitam spirituales. Deum Sacramenta etiam differunt, quia aliqua sunt reiterabilia, alia ireiterabilia, &c. *Pro Fesl. n. 5.* Causat autem omnia gratiam sanctificantem ex opere operato, non ex opere operantis. *Ibid. n. 5.*

Q. 7. An Sacramenta valde sunt estimabilia? *Be. Omnino; sunt enim signa, quæ continent pretium sanguinis Christi, cuius virtute habent vim sanctificandi.* *Pro Fesl. c. 2. n. 6.* Id quod juvenis quidam expertus est, qui sibi in visu in flumine sanguineo videbatur mundari. *Ib. n. 7. seq.* Sicut ergo in monte Calvarie magnam reverentiam habuimus erga Dominicum sanguinem; ita & magnam habere debemus erga Sacramenta. *Pro Fesl. c. 2. n. 8.*

Q. 8. An Sacramentum Poenitentiae relapso est necessarium? *Be. Est indispensabiliter necessarium vel in re vel in voto, ita ut Deus potius in lege mortis, quam in lege poenitentiae dispensaret; scimus enim exempla eorum, qui ad vitam revocati sunt, ut possint peccata confiteri.* *Pro Fesl. c. 1. n. 9.*

CATECHESIS II.

De causis & effectibus Sacramentorum.

- Q. 1.** Quibus de causis instituit Christus Sacramenta? *Be. Triplici de causa: Primo ut sint signa rememorativa Passionis Dominicæ, per quam sanati, & salvati sumus, & per quam Sacramenta omnem suam dignitatem recipiunt.* *Pro Fesl. c. 3. n. 3. & 4.* Secundo, ut sint signa demonstrativa gratiæ præsentis, quæ per externam actionem symbolizatur; hinc per Sacramentum peccator a Deo, velut Filius prodigæ a patre recipitur. *Pro Fesl. c. 3. n. 5. & 6.* Et hæc operatio Sacramenti nonnunquam fuit tam effectus, ut extrinsecus etiam in corpore se prodiderit. *Ib. n. 7.* Tertio, ut sint signa prognostica futuræ gloriæ; sicut enim populus Israel sanguine aspersus vidit Deum; ita & nos aspersi sanguine Redemptoris per Sacramenta Deum videbimus. *Ib. n. 8.*

A a a 4

Q. 2.